





Geol 3908.84
SIGILL: COLL: HARVARD: CANTAB: NOV: ANGL: 1650
CHRISTO ET ECCLESIÆ
BOUGHT WITH
THE INCOME FROM
THE BEQUEST OF
MRS. ANNE E. P. SEVER,
OF BOSTON,
Widow of Col. James Warren Sever,
(Class of 1817,)
28 March, 1885.







Tab I.



Microphotographia cum Syst.[5] 8 et Syst. immersion 11.



Micro-PalaeoPhytologia
Formationis Carboniferae.

Iconographia et Dispositio Synoptica Plantularum microscopicarum omnium in venis Carbonis Formationis Carboniferae hucusque cognitarum,

eorumque illis proximorum corpusculorum natura vegetabilica non incerta, quae inveniuntur et in venis carbonis et in stratis Formationum infra supraque Carboniferam sequentium.

Auctor

Paulus F. Reinsch.

Volumen Primum.

Continens Trileteas et Stelideas.

Accedunt Tabulae Sexaginta novem.

Erlangae, Germania.

Redemptio Autoris et Apud Theodorum Krische Bibliopolam.

Londinii.

Apud Bernardum Quaritch Bibliopolam.

MDCCCLXXXIV.

Ex iis rebus, eo tempore adentibus in mundo, nobiscum creatis, ex iisque, quae accidunt ante oculos in mundo, non licet concludi in omnia quae fuissent ante nos, in omnia quae accidissent ante nos — ex temporis momentulo, naturae investigatae cognitaeque participe, in relatione incomparabilis spatii praeteriti.

Tpyis E. Th. Jacob Erlangae.

Praeloquium.

Investigationes recentiores acutiores de elementis microscopicis Carbonis fossilis, inprimis Carbonis Formationis Carboniferae paulatim mihi dederunt corpusculorum organicorum novorum eximium numerum quae trado conjuncta, collecta et in ordine synoptica collocata in hoc opere ad augendam Palaeo Phytologiae partem novam ac ad ponendam basin investigationum ulteriorum. Formas tantum recepi in hoc opere, quas observavi in Speciminibus compluribus identicis ac quae collectae sunt in collectione unitae, in Speciminibus completis. Formae in Formatione Carbonifera tota dispersae, e variis et diversis locis in characteribus tam maxime consentiunt, ut delineatio Speciminis completi ab uno loco sufficeret, Speciminumque delineatio e variis locis superflue appareret.

Omnia in hoc Opere recepta Corpora minutissima, pro maxima parte oculis nudis invisibilia (Elementa microscopica Carbonis), sunt praeparata et conservata in praeparatis in Glycerino concentrato aut in Balsamo Canadensi et unita in collectione Micro-Palaeo-Phytologica, continente numerum 3850 Speciminum bonorum, quae collectio in partibus singulis, quae videndi causa optantur, ad dispositionem est omni investigatori harum rerum.

Ad Cognoscendam naturam veram Triletum, necesse fuerat cognitio quanti maximi numeri formarum variarum et e variis locis. Studio, inprimis complurium venarum Rossiae Centralis et simul per usum methodi dissolutionis elementorum carbonis per ferventem solutionem Kalii Kaustici et per Acidum Hydrofluoricum in elementa solubilia et in elementa insolubilia, successit, ut numerus exhauriens et ad solvendam quaestionem de natura vera Triletum, formarum extantium formae principes acquierentur.

Post primo inventis singulis Triletum formis in carbonis sectionibus microscopicis*) deinde post inventis novis formis compluribus in immensi quantitate in singulis venis Carbonis**) deinde post inventa dispersione universali Triletum in Carbone Formationis Carboniferae, quaestio subiebat ad explicandam Originem ac naturam harum corpusculorum mirabilium, quae, propter quantitatem ac structuram propriam cum sporis multo dissidentem, difficile possent tribui sporis plantarum Cryptogamicarum altiorum.

Tametsi omnium et certe formarum plurimarum extantium Triletearum in Formatione Carbonifera tota dispersarum cognitio ab ullo scientiae valore Palaeo-Phytologiae apparuit, attamen cum propria mente perficiebam quam maxime exhaurientem cognitionem omnium formarum extantium, quae fuerant mihi obtinendae. Jam primae formae oculis meis obviam venientes, affirmabant opinionem meam de possibilitate ad explicandam hanc methodum propriam ad Triletum naturam ac originem explicandam.

Ordiens a facto: Primo: omnes relationes legibus constitutae exstantes in mensuris ac in structura in minimis partibus (cellulis) alicuius Specieis reperiuntur constantes ac sunt extensae in haec corpora incog-

---

*) descriptis in „Neue Untersuchungen über die Mikrostruktur der Steinkohle" p. 50 Tab. XI fig. 1—10.

**) Ueber eigenthümliche einzellige Körper in der Carbonkohle Central-Russlands". Flora 1833. Nr. 8. Tab. IV.

nita — sed sine dubio — vegetabilia; Secundo: Relationes mensurarum ac structurae formarum singularum inveniuntur constantes ac minime immutatae in his Corporibus ignotis, e locis variis et e venis carbonis diversa geologica vetustate.

Omnium hucusque cognitarum Specierum plantarum numerus, quae sunt inventae in Formatione Carbonifera, quinque centuria nun multum transgressit; et ab his cognitis Speciebus $^{19}/_{20}$ spectant ad Vasculares Cryptogamicas, ac circiter 40 Species ad Lepidodendra spectant; sed plantae numerosissimae in tota Formatione sunt Filices, dimidio magis omnium Specierum in Venis Carbonis hucusque cognitarum.

Supponimus: has Trileteas esse Sporas plantarum cryptogamicarum altius explicatarum, sub hac conjectura Trileteae possint deduci tantum de Lycopodiaceis et illis simillimis plantis. His experientiis praesentibus de sporis ullius Specieis plantarum cryptogamicarum, a constantibus mensuris praesertimque a constante structura species singulae harum plantarum partim ex sporis sunt definiendae. Sub hac conjectura: ut Trileteae sint identicae cum sporis Lycopodiacearum, totidem diversae species harum plantarum possint deduci, quot varias formas constantes Triletum inveniverimus. Si quoque numerus totus adhuc cognitarum Specierum Vascularium Cryptogamicarum aliarumque plantarum altiorum Formationis Carboniferae provehi potuerit in sixcentum, certe numero omnium in hoc Opere descriptarum formarum Triletum poterunt additurae centenae formae indescriptae ex Formatione Carbonifera.

Quamquam ex his descriptis Triletum formis singulae contrahantur in connectas formas, aliae formae sub eadem forma conjunctae disjungantur, tamen numerosae formae specificae remanebunt, quae, ex iniqua relatione numerica, non possunt deduci de Lycopodiaceis aut iisdem proximis plantis. Numne exorirent haec corpora ignota a Plantis Cryptogamicis, ex eo tempore nobis ignotis? Sed haec conjectura quoque non multum verisimilitatis habet. Namne interiissent sine vestigiis illae massae immensae substantiarum*) vegetabilicarum ex quibus corpora harum plantarum ignotarum erant composita, sine relinquissent ullas reliquias partium ex substantia solidiore exstitutarum?

In singula vena Carbonis a Pruckscha (Nowgorod. Rossia Centralis) non multae formae Triletum reperiuntur in imani quantitate. Substantia carbonis componitur usque ad 80 partes per centum ex his corporibus.

Qualescunque sint rationes, ex quibus de possibilitate huius conjecturae concluditur, contra in primis relationes structurae ac diametrorum in formis singulis constanter occurrentium differentiae eximiae in relationibus numĕricis absolutis mensurarum in Speciminibus e diversissimis locis, evidenter ostendunt naturam horum corporum specificam nec derivatam nec implicitam. Relatio numerica est observata inter minimam et maximam Triletem = 0,014 : 1,6 id est = 1 : 115.

Experientiae nostrae praesentes demonstrant, omnium Plantarum cryptogamicarum cellulas propagativa alicuius Specieis (sint cellulas masculas. Microsporas, aut cellulas femineas. Macrosporas) inveniri in relationibus numericis mensurarum ac structurae maxime constantibus, deinde: in Speciebus ac partim in generibus Tribuum singularum magnam diversitatem non potuisse observari, exstantem inter maximum ac minimum diametrorum absolutorum ac ceterum relationum numericarum ac relationum structurae internae et externae.

Reperi ac collegi mensuras absolutas de dimensionibus numeri Specierum Equisetacearum, Lycopodiacearum ac Filicum, ex quibus non magna diversitas in magnitudine elucet, quas hoc loco insero.

---

*) Numerice calculavi in Plantarum cryptogamicarum Speciebus singulis quantitatem absolutam substantiae vegetabilis, et in cellulis propagativis et in cellulis vegetativis (radicis, trunci, foliorum, partium appendicularium etc.) consistentis. Reperi, si quantitas substantiae cellularum propagativarum ponitur = 1.

Quantitatem substantiae vegetativae in aëre perfecte exsiccatae partis supra terram crescentis.

in Equisetaceis (Equisetum limosum) . . . 105
in Lycopodiaceis (Lycopodium dendroideum) 60
in Filicibus.
Caule humiliore (Polystichum Filixmas) 118
Caule arborescente (Pteris aquilina) . 192

Equisetaceae.

Equisetum arvense. L. Diam. spor. 0,039 mm.
„ Telmateja. Ehrh. Diam. spor. 0,035—0,039 mm.
„ sylvaticum. L. Diam. spor. 0,029—0,031 mm.
„ umbrosum. Mey. Diam. spor. 0,029—0,031 mm.
„ palustre. L. Diam. spor. 0,031—0,033 mm.
„ limosum. L. Diam. spor. 0,031 mm.
„ ramosum. Schlch. Diam. spor. 0,035—0,039 mm.
„ trachyodon. A. Braun. Diam. spor. 0,035 mm.
„ variegatum. Schlch. Diam. spor. 0,017—0,02 mm.
Prae ceteris Equisetis insigne longioribus et crassioribus elateribus.

Lycopodiaceae.

Lycopodium Chamaecyparissus. A. Braun. Diam. spor. 0,028—0,031 mm.
„ annotinum. L. Diam. spor. 0,031 mm.
„ inundatum. L. Diam. spor. 0,039—0,046 mm.
„ Selago. L. Sporae minores triangulares Diam. 0,031 mm. Sporae majores subsphaericae Diam. 0,046 mm.
„ Dendroideum. Mich. Sporae inaequales. 1. Long. 0,031. 2. Long. 0,024 mm.
Selaginella spinulosa. A. Braun. Sporae inaequales. 1. Long. 0,035 - 0,039 mm. 2. Long. 0,031 mm.
Lycopodium clavatum. L. Long spor. 0,028—0,031 mm.
Selaginella Apus. Spring. Amer. bor. Sporae aequales. diam. 0,024—0,028 mm.

Filices.

Ophioglossum vulgatum. L. Diam. spor. 0,038—0,042 mm.
Botrychium Lunaria. L. Diam. spor. 0,039 mm.
„ rutaefolium. A. Braun. Diam. spor. 0.031—0,035 mm.
„ Virginicum. Swartz. Diam. spor. 0,028 mm.
„ ternatum. Amer. bor. Diam. spor. 0,024—0,031 mm.
„ lunarioides. Swartz. Canada. Diam. spor. 0,031 mm.
Osmunda Cinamomea. L. Am. bor. Diam. spor. 0,05 mm.
„ Claytoniana. L. Am. bor. Diam. spor. 0,059—0,066 mm.
„ regalis. L. Long. spor. 0,063 mm. Lat. 0,053 mm.
Allosorus crispus Bernh. Diam. spor. 0,042—0,05 mm.
Notochlaena Newberryi Nutt. California. Diam. spor. 0,039—0,042 mm.
„ Fendleri Kunze. Colorado. Diam. spor. 0,059 mm.
Cystopteris fragilis Bernhard. Sporae aequales. Long. 0,035—0,042 mm. Lat. 0,024—0,028 mm.
„ alpina. Link. Long. spor. 0,042 mm. Lat. 0,028 mm.
Cystopteris montana. Sprengel Long. spor. 0,035 mm. Lat. 0,028 mm.
Asplenium ebeneum Ait. Am. bor. Long. spor. 0,031—0,035 mm.
„ angustifolium. Mich. Am. bor. Long. spor. 0,037 mm.
„ Filix foemina. Swartz. Long. sp. 0,04 mm. Lat. 0,024 mm.
„ septemtrionale. Swartz. Long. Spor. 0,046 mm.
„ fissum. Kitaibl. Long. spor. 0,039 mm.
„ Ruta muraria. L. Diam. spor. 0,039—0,046 mm.
„ Adiantum nigrum. Swartz. Lonp. spor. 0,028—0,039 mm.
„ Trichomanes L. Long. spor. 0,035 mm.
„ viride. Hudson. Long. spor. 0,031—0,035 mm.
„ Halleri. R. Browm. Diam. spor. 0,035 mm.
„ lanceolatum. Long. spor. 0,05 mm.
„ pinnatifidum. Nutt. A. bor. Diam. spor. 0,042 mm.
„ montanum. Willden. Am. bor. Diam. spor. 0,031—0,039 mm.
Woodsia obtusa. Nutt. Am. bor. Long. 0,046 mm. Lat. 0,035 mm.
„ hyberborea. R. Brown. Long. sp. 0,05—0,053 mm.
Lygodium palmatum. Swartz. Amer. bor. Sporae hyalinae, glaberrimae. Diam. 0,046—0,05 mm.
Pellaea atropurpurea Link. Diam. spor. 0,066—0,075 mm.
„ androsaemifolia. Nutt. California. Diam. spor. 0,039—0,046 mm.
„ ornithopus. Nutt. var. brachypleurum. Calif. Diam. spor. 0,028 mm.
„ gracilis. Hooker. Sporae sporis Lycopodiacearum simillimae, subtetraetricae. Diam. 0,046 mm.
Aspidium cristatum. Roth. Long. spor. 0,053—0,056 mm.
„ marginale. Swartz. Long. spor. 0,042 mm. Lat. 0,028 mm.
„ Filix mas. L. var. incisum. Canada. Long. spor. 0,05 - 0,053 mm. Lat. 0,035 mm.
„ fragrans. Swartz. Canada. Diam. spor. 0,042 mm.
„ acrostichoides. Swartz. var. incisum. Canada. Diam. spor. 0,039—0,041 mm.
„ aculeatum Döll. Long. spor. 0,039—0.042 mm.
„ Lonchytis. Swartz. Long. spor. 0,039—0,042 mm.
„ rigidum. Swartz. Long. spor. 0,031—0,035 mm.
Blechnum Spicant. Roth. Diam. spor. 0,035—0,039 mm.
Dicksonia punctilobula. Kunze. Sporae glaberrimae hyalinae. Canada. Diam. 0,031—0,035 mm. ab alio loco. Am. Austr. Diam. 0,028 mm.
Polypodium calcareum. Smith. Diam. spor. 0,039—0,042 mm.
„ alpestre. Hoppe. Long. spor. 0,046 mm. Lat. 0,028 mm.
„ incanum. Swartz. Illinois. Long. spor. 0,05 mm. Lat. 0,031 mm.

Polypodium hexagonopteris. Swartz. Am. bor. Long. spor. 0,035 mm. Lat. 0,022 mm.

„ Phegopteris. L. Long. spor. 0,053 – 0,056 mm. Lat. 0,031 mm.

„ vulgare. L. Long. spor. 0,063—0,069 mm. Lat. 0,046 mm.

Scolopendrium officinarum. L. Long. spor. 0,035—0,042 mm.

Ceterach officinaruum. L. Long. spor. 0,046 mm. Lat. 0,031 mm.

Polystichum spinulosum. Swartz. var. intermedium. Canada. Long. spor. 0,046 mm. Lat. 0,025 mm.

„ Thelypteris. Roth. Long. spor. 0,039 mm. Lat. 0,028 mm.

„ spinulosum. Swartz. Long. spor. 0,042—0,046 mm.

Polystichum Filix mas. L. Long. spor. 0,046 — 0,05 mm. Lat. 0,031—0,035 mm.

„ Oreopteris. De Cand. Long. spor. 0,035 mm. Lat. 0,028 mm.

Adiantum cuneatum. Swartz. Diam. spor. 0,05 mm.

„ pedatum. L. America bor. Long. spor. 0,046 mm. Lat. 0,031 mm.

Schizaea pusilla. Pursh. Amer. bor. Sporae inaequales. 1. Long. 0,087 – 0,095 mm. Lat. 0,063—0,075 mm. 2. Diam. 0,024 – 0,028 mm.

Cheilanthes lanuginosa. Nuttal. California. Diam. spor. 0,02 mm.

„ vestita. Swartz. Am. bor. Sporae inaequales. 1. minores, glaberrimae. Diam. 0,031—0,035 mm. 2. majores, spinulosae. Diam. 0,035—0,039 mm.

In Tabellula sequente sunt exhibitae relationes numericae arithmeticae, quae exstant inter Plantarum Vascularium Cryptogamicarum sporas ac inter Trileteas.

Equisetaceae	Minimum Diametri 0,017 mm. Maximum Diametri 0,039 mm. Medium arithmeticum Diametri = 0,029 mm.	Differentia minimi et medii — 0,012 mm. Differentia maximi et medii + 0,010 mm.
Lycopodiaceae	Minimum Diametri 0,024 mm. Maximum Diametri 0,046 mm. Medium arithmeticum Diametri = 0,035 mm.	Differentia minimi et medii — 0,011 mm. Differentia maximi et medii + 0,011 mm.
Filices	Minimum Diametri 0,015 mm. Maximum Diametri 0,066 mm. Medium arithmeticum Diametri = 0,041 mm.	Differentia minimi et medii — 0,026 mm. Differentia maximi et medii + 0,025 mm.

Trileteae.

Minimum Diametri Nr. 535 0,014 mm. 0,017 mm. Nr. 7. Medium arithmeticum 0,015 mm. Maximum Diametri Nr. 581 1,6 mm. 1,44 mm. Nr. 135. Medium arithmeticum 0,767 mm.	Differentia minimi et medii — 0,752 mm. Differentia maximi et medii + 0,753 mm.

Relationes arithmeticae inter Maximum et Minimum Diametrorum.

Equisetaceae	= 1,00 :	2,94.
Lycopodiaceae	= 1,00 :	1,91.
Filices	= 1,00 :	4,00.
Trileteae	= 1,00 :	145,00.

In hac enumeratione Synoptica majoris partis Triletum Formationis Carboniferae, de natura Triletum quaestiones pervenerunt in gradum secundum scientiae pervestigationis, in gradu prosequente expedietur quaestio majore evidentia.

In acquirendas formas Triletum, omnes formas novas plantularum diversissimarum constanter occurrentes, reservavi et collegi et in Volumine secundo secundum ordinem, sicut Trileteas et Stelideas, collocavi. Etiam animalcula microscopica quaedam quae rarissime occurrunt in bene conservatis Speciminibus observatori strenuo, in ultima tabula recepi.

Nunc, his clusis investigationibus laboriosissimis, cum conscientia, ut penetraverim in regiones Creationis vegetabilis adhuc clausas et tenebricosas et scientiae horizontem in regionem ampliaverim, tantum diligentia strenua ac scientiae amore apertam, nec remunerationibus nec expectande exteriore successu incitabilibus et iis inter malignitates et minutas difficultates mihi licet dicendi consolatio cum poëta

Tantae molis erat — — —
Triletum condere Gentem.

Paulus F. Reinsch.

Numeri in millimetris dimensionum in figuris, mensurati in microscopio, et respondentes numeris magnitudinis absolutae.

Numeri in Millimetris.	Magnitudo absoluta in Millimetris.	Numeri in Millimetris.	Magnitudo absoluta in Millimetris.	Numeri in Millimetris.	Magnitudo absoluta in Millimetris.	Numeri in Millimetris.	Magnitudo absoluta in Millimetris.
0,5	0,0017	18	0,063	36	0,126	75	0,26
1	0,0035	19	0,066	37	0,129	80	0,276
2	0,007	20	0,069	38	0,132	85	0,293
3	0,0105	21	0,075	39	0,135	90	0,33
4	0,014	22	0,078	40	0,138	95	0,35
5	0,017	23	0,081	41	0,14	100	0,37
6	0 02	24	0,084	42	0,145	120	0,439
7	0,024	25	0,087	43	0,148	150	0,534
8	0,028	26	0,091	44	0,151	170	0,62
9	0,031	27	0,095	45	0,154	200	0,74
10	0,035	28	0,1	46	0,157	250	0,904
11	0,039	29	0,105	47	0,16	300	1,11
12	0,042	30	0,11	49	0,161	350	1,274
13	0,046	31	0,113	50	0,164	400	1,48
14	0,05	32	0,115	55	0,181	450	1,644
15	0,053	33	0,118	60	0,23		
16	0,056	34	0,122	65	0,24		
17	0,059	35	0,125	70	0,25		

Trileteae.

Triletes (Reinsch, Neue Unters. über d. Mikrostrukt. d. Steink. Tab. XI. fig. 1—10. 15. 16. idem Ueber Algenähnliche und einzellige Körper in der Carbonkohle Central-Russlands. Flora 1883. Nr. 8. Tab. IV. fig. 1—17).

Entia vegetabilica adhuc ignota natura ac adhuc extincta. Corpus in sciagraphia triangulare, semiellipticum, ellipticum, circulare, et disciformiter compressum et subtetraëtricum. In respectu structurae Triletearum derivantur ex sectionibus corporum Speciminibusque completis et de substantiis alienis deliberatis, sequentia.

1. Parietes Triletum*) sunt formati ex substantia semitranslucida, per lucem polarisatam immutata, plus minusve homogenea. Quae substantia occurrit: a. sine ulla structura, b. laminosa, c. lacunosa, lacunulis regulariter aut irregulariter dispositis excavata, d. radialiter fibrosa. e. cribrose-perforata tubulis centralibus. Exterior pars parietum exhibet maximam diversitatem formationis.

2. In plurimis formis lumen internum corporis apparet reductum in minimum et ab ulla materia vacuum substantiaque bituminosa amorpha. In plurimis formis evidenter observatur ut substantia**) interna distinctissime in segmenta terna ex materia solida sit divisa, sine parietibus interstitialibus (Tab. XXXV. 328. 329. XI. 141. 142. 143. . . .). In singulis magnis formis segmentorum superficies apparet inducta sphaerulis compactis numerosis (XII. 144. XIII. 147. 148). In numerosis formis „nucleus" ab „Exosporio" sacculiformiter ampliato est involutus. In respectu internae partis (nuclei) structurae magna diversitas est, et in superficie, in fissuris et in indumento exteriore.

Saepius occurrunt in Triletibus parasitulae proprii generis et internae (Tab. XLIX. B. fig. 3. α. β, et filiformes et globulosae fig. 4. 5. globulosae) et externae partim superficiei affixae (Tab. XLIX. B. fig. 232. C. Specimen singulum Trichostelii α) partim in substantia „Exosporii" et „nuclei" nidulantes (Tab. LXXVII. fig. 1. c. a. fig. 6. Tab. LXXIX. fig. 18. Tab. LXXX. fig. 25. Tab. LXXVIII. fig. 11).

In respectu relationum biologicarum, singula Specimina bene conservata observavi, ex quibus elucitur paulum aliquid natura obscura Triletum.

1. Specimina in statu divisionis? connecta. (Tab. XLIX. B. fig. 1).

2. Specimina constanter occurrentia compluria plus minusve regulariter aggregata (Tab. XLIX. A. fig. 1. 2. 3. 4. 5).

3. Specimina vacua interna substantia aut totaliter, aut partialiter (XLIX. B. fig. 7).

4. Specimina singula, latere fissura aperta, cum corpusculo ellipsoidico ex apertura semiegresso. (Tab. XLIX. B. fig. 6. 8. Haec Corpora cum corporibus vacuis numerosissimis in eadem vena).

5. Specimina lobulis singulis abnormiter divisis, in repetita divisione, veluti observatur in Desmidiaceis (Confer. Reinsch Contribut. ad Algol. et Fungul. Vol. I. Tab. XVIII. Chlorophylloph. fig. 12. 13. 14. 15). (Tab. XLIX. B. fig. 2. Specimen formae Nr. 76. A. B. Lobuli normaliter formati, C. Lobulus repetito divisus in lobulos α. α.).

His experientiis Trileteae sunt dispersae in formis numerosissimis constantibus per totam Formationem Carboniferam, egregie in Formatione Carbonifera Rossiae Centralis, ubi exstruuntur venae singulae praecipue ex his Corporibus***).

Numerus formarum Triletearum omnium in hoc opere depositarum est = 639 ex his sunt

Formae triangulares	381	Formae ellipticae	86
Formae semiellipticae	59	Formae circulares	113

*) In Diagnosibus denominantur parietes „Exosporium", quo cum Termino non ullum analogon sit notandum cum parietibus Sporarum Plantarum Cryptogamicarum.

**) In Diagnosibus haec pars Corporis simpliciter est designata cum Termino „Nucleus". Hic Terminus in stricto sensu nullo modo est identificandus cum Termino in communi usu Botanices Systematicae.

***) Reinsch, Weitere Beobachtungen über die eigenthümlichen einzelligen Körper in der Carbonkohle. Flora 1883. Nr. 12.

Trileteae.

Subtribus I. Nucleus triangularis.

Subdivisio I. Exosporium tenerrimum, membranaceum, usque $^1/_{80}$ diametri corporis, glaberrimum et punctulatum, verruculis exasperatum et verrucosum. Corpus et nucleus in sciagraphia regulariter triangulare.

1. Corpus regulariter triangulare, marginibus irregulariter emarginatis, fissuris usque ad angulos se pertinentibus. Exosporii pars centralis dense granulosa.

Diam. 0,145 mm. (Tab. I. fig. 1.)

In carbone fossili compacta (Metschowk Guv. Tula. Rossia Centralis); in carbone fossili textura terrosa (Pruckscha Guv. Nowgorod. Rossia centralis).

2. Corpus regulariter triangulare, marginibus irregulariter emarginatis et subconvexis, angulis obtuso-rotundatis, fissuris usque ad angulos se pertinentibus. Exosporii superficies tota dense verruculoso-punctulata.

Diam. 0,33—0,345 mm. (Tab. XIX. fig. 1. E).

In carbone fossili compacta, nitida, in fractura conchata, quam dicunt Geologi Rossici „Devonische Kohle."

Subdivisio II. Exosporium tenerrimum, membranaceum homogeneum, usque $^1/_{40}$—$^1/_{20}$ diametri corporis, punctulatum, verruculosum et spinulis armatum. Corpus et nucleus regulariter triangulare.

† Exosporium glaberrimum et punctulatum.

3. Corpus regulariter triangulare, marginibus leviter emarginatis, angulis late rotundatis, fissuris angustissimis, duae partes radii corporis longis. Exosporii superficies punctulata.

Diam. 0,024—0,041 mm. (Tab. I. fig. 2 a. b.).

In carbone fossili Formationis Carboniferae Rossicae, quam dicunt geologi Rossici „Stigmarienkohle" (diam. 0,041 mm); in carbone Rossicae peculiari quae dicitur „Blätterkohle aut Papierkohle" (diam. 0,028 mm); in carbone peculiari a Kurakinskije (Rossia Centralis) quae est composita usque ad 95 per Centum ex plantula peculiari (Sphaerocladites Reinsch Flora 1883 n. 8). (diam. 0,034 mm.); in carbone in exteriore persimili „Torbanite" ex Anglia, a Malowka Guv. Tula Rossia Centr.); in carbone compacta et in laminis in carbone cum substantia clastica immixtis a Zwickau (Saxonia) (diam. 0,024—0,041 mm.).

4. Corpus triangulare, marginibus leviter emarginatis, angulis late rotundatis, fissuris in centro interdum apertis. Exosporii superficies punctulata.

Diam. 0,039 – 0,053 mm. (Tab. I. fig. 3.).

Malowka (Rossia Centralis) (diam. 0,053 mm.); „Stigmarienkohle" (Rossia Centralis) (diam. 0,042 mm.) Zwickau (Saxonia) (diam. 0,039—0,046 mm.).

5. Corpus regulariter triangulare, marginibus subconvexis, angulis rotundatis, fissuris leviter apertis, usque ad angulos se pertinentibus. Exosporii superficies punctulata.

Diam. 0,028 – 0,034 mm. (Tab. I. fig. 4.).

In carbone compacta et in laminis venis carboni interspersis cum substantia clastica immixtis a Zwickau (Saxonia); „Stigmarienkohle" (Rossia Centralis) diam. 0,034 mm.).

6. Triletes e minimis. Corpus regulariter triangulare, marginibus subemarginatis, angulis rotundatis. Exosporii superficies glaberrima, foraminulis perforata.

Diam. 0,017—0,020 mm. (Tab. I. fig. 5 a.).

In carbone compacta a Zwickau (Saxonia).

7. Triletes e minimis. Corpus regulariter triangulare, marginibus rectis, angulis acutiusculis. Exosporii superficies punctulata.

Diam. 0,020 mm. (Tab. I. fig. 5. b.).

In carbone compacta. Malowka (Rossia Centralis.).

8. Corpus regulariter triangulare, marginibus rectis, angulis breviter truncatis. Exosporii superficies glaberrima. Fissura $^3/_4$ corporis radii. Nucleus indistincte concentrice separatus.

Diam. 0,041 mm. (Tab. I. fig. 6.)

In vena carbonis cum substantia clastica plene immixta. Zwickau (Saxonia).

9. Corpus regulariter triangulare, marginibus subconvexis, angulis subrotundatis. Exosporii superficies subtilissime punctulata. Fissura usque ad angulos pertinentes, in centro apertae.

Diam. 0,046 mm. (Tab. I. fig. 10).

Kurakinskije (Rossia Centralis). „Blätterkohle" a Molowka (ibid.).

10. Corpus regulariter triangulare, marginibus subrectis et leniter convexis. Exosporii Superficies subtiliter punctulata. Fissurae usque ad angulos pertinentes.

Diam. 0,076 mm. (Tab. I. fig. 10).

In carbone peculiari Novae Hollandiae, quae dicitur „White coal" et in carbone a Vandiemensland, quae dicitur „Tasmanite".

11. Corpus regulariter triangulare, marginibus convexis, angulis late rotundatis, fissuris in centro apertis, duae partes radii corporis longis. Exosporii superficies granuloso-punctulata. Fissurarum margines late circumvolvatae.

Diam. 0,429 mm. (Tab. I. fig. 12).

In carbone compacta. Zwickau (Saxonia).

12. Corpus triangulare, marginibus convexis, angulis late rotundatis, fissuris $^3/_4$ radii corporis longis. Exosporii superficies inaequaliter verruculoso-punctulata.

Diam. 0,035 mm. (Tab. I. fig. 11).

„Devonische Kohle" (Tula. Rossia Centralis).

13. Corpus regulariter, triangulare, marginibus subconvexis, angulis late rotundatis, fissuris $^1/_2$ radii corporis longis. Exosporii superficies subtiliter punctulata.

Diam. 0,024 mm. (Tab. XXI. fig. 2. B).

In carbone compacta. Malowka (Tula Rossia Centralis).

14. Corpus triangulare, marginibus subconvexis angulis late rotundatis. Exosporii superficies subtiliter punctulata. Fissurae duae partes corporis radii longae.

Diam. 0,028 mm. (Tab. XV. fig. 4. A).

Zwickau (Saxonia).

15. Corpus triangulare marginibus subrepandis, angulis late rotundatis. Exosporii superficies subtiliter punctulata. Fissurae dimidium radii corporis longae.

Diam. 0,032 mm, (Tab. XXII. fig. 30. B).

In carbone compacta. Metschowk (Rossia Centralis).

16. Corpus irregulariter triangulare, marginibus subconvexis, angulis late rotundatis. Exosporii superficies glaberrima et subtiliter granulata. Fissurae irregulares in centro apertae, usque dimidium radii corporis longae.

Diam. 0,063 mm. (Tab. XV. fig. 9. A).

In laminis carbonis cum materia clastica immixtis. Zwickau (Saxonia).

17. Corpus irregulariter triangulare, marginibus subrepandis et rectis, angulis obtusis. Exosporii superficies singulis nodulis dispersis. Fissurae usque ad angulos pertinentes.

Diam. 0,032 mm. (Tab. XV. fig. 18. c).

Zwickau (Saxonia).

18. Corpus regulariter triangulare, marginibus subconvexis, angulis rotundatis. Exosporii superficies lacunoso-punctulata. Fissurae usque ad angulos pertinentes.

Diam. 0,039 mm. (Tab. XV. fig. 19. A).

Zwickau (Saxonia).

19. Corpus triangulare, marginibus subconvexis, angulis late rotundatis. Exosporii superficies punctulata. Fissurae usque ad angulos pertinentes.

Diam. 0,046 mm. (Tab. II. fig. 18).

„Devonische Kohle" (Rossia Centralis).

20. Corpus triangulare, marginibus subconvexis, angulis rotundatis. Exosporii superficies subtiliter punctulata. Fissurae usque ad angulos pertinentes. — Semper occurunt individua compluria associata, ex quibus componuntur corpora suborbicularia, distinctius limitata.

Diam. cellular. 0,035 mm. Diam. corporum 0,125—0,14 mm. (Tab. Supplem. XLIV. A. fig. 1).

„Stigmarienkohle" (Rossia Centralis).

21. Corpus triangulare, marginibus subconvexis, angulis late rotundatis. Exosporii crassiusculi superficies glaberrima. Fissurae usque ad angulos pertinentes, marginibus late circumvolvatis. — Saepissime occurunt individua quaterna et sexterna in familiis minoribus consociata, in eodem modo sicut invenitur apud Palmellaceas.

Diam. cellulae 0,056—0,059 mm. Diam. familiae 0,164—0,24 mm. (Tab. Suppl. XLIX. A. fig. 3. 4).

„Stigmarienkohle" (Rossia Centralis).

22. Corpus reqlariter triangulare, marginibus subconvexis, angulis late rotundatis. Exosporii superficies glaberrima. Fissurae late circumvolvatae et striatae, $^3/_4$ corporis radii longae.

Diam. 0,095 mm. (Tab. XV. fig. 15. A).

In venula argillosa in Carbone (Zwickau, Saxonia).

23. Corpus triangulare, marginibus subrepandis, angulis late rotundatis. Exosporii superficies volvata, volvis in centro corporis prominentibus. Fissurae dimidium diametri corporis longae.

Diam. 0,047 mm. (Tab. XLIX. Supplem. A. fig. 118. b).

Metschowk (Rossia Centralis).

†† Exosporium verruculis et nodulis subtilibus obtectum et exasperatum.

⊙ Formae magnae.

24. Corpus triangulare, marginibus subconvexis, angulis late rotundatis. Exosporii superficies dense subtiliter furfuraceo-granulata. Fissurae irregulares et inaequales.

Long. 0,37 mm. Lat. 0,29 mm. Exospor. 0,035 mm. (Tab. XLIX. fig. 15. B. Specimen magn. $^1/_2$. fig. a. Exosporii pars majus amplificata).

In vena carbonis cum materia clastica immixta. Zwickau (Saxonia).

25. Corpus regulariter triangulare, marginibus convexis, angulis late rotundatis. Exosporii superficies dense furfuraceo-granulosa. Exosporii crassitudo $^1/_8$—$^1/_9$ corporis radii. Fissurae regulares et aequales usque ad angulos pertinentes, marginibus late circumvolvatis.

Diam. 0,505 mm. crassit. Exosporii 0,031 mm. (Tab. XXVIII. fig. 8. A. magn. $^1/_1$).

„Devonische Kohle" (Rossia Centralis).

26. Corpus regulariter triangulare, marginibus subconvexis, angulis late rotundatis. Exosporii superficies furfuraceo-verrucosa. Fissurae regulares usque ad angulos se pertinentes.

Diam. 0,485 mm. Exospor. 0,012 mm. (Tab. I. fig. 8. magn. $^1/_1$).

„Devonische Kohle" (Rossia Centralis).

Forma minor. Diam. 0,384 mm. ibidem.

27. Corpus triangulare, marginibus convexis, angulis latissime rotundatis. Exosporii superficies gibberoso-exasperata. Fissurae paulo ampliatae, marginibus volvatis, dimidium radii corporis longae. Exosporii crassitudo $^1/_{30}$—$^1/_{40}$ diametri corporis.

Diam. 0,416 mm. (Tab. II. fig. 15. magn. $^1/_1$).

„Devonische Kohle" (Rossia Centralis).

28. Corpus regulariter triangulare, marginibus convexis, angulis late rotundatis. Exosporii superficies verrucoso-granulata. Fissurae paulo ampliatae, marginibus volvatis, duae partes radii corporis longae. Exosporii crassitudo $^1/_{16}$ diametri corporis.

Diam. 0,354 mm. Exospor. 0,020 mm. (Tab. XLIX. Suppl. A. fig. 8. B. magn. $^1/_2$).

Stigmarienkohle (Rossia Centralis).

In superficie saepissime occurrit plantula minutissima parasitica, quae est delineata Tab. LXXVIII. fig. 11.

29. Corpus regulariter triangulare marginibus subconvexis, angulis late rotundatis. Exosporii superficies punctulato-granulata. Fissurae paene ad angulos se pertinentes, marginibus volvatis. Exosporii crassitudo $^1/_{22}$ diametri corporis.

Diam. 0,149 mm. Exospor. 0,007 mm. (Tab. II. fig. 17).

Cum Triletibus variis in carbone laminosa Zwickau (Saxonia).

⊙⊙ Formae minores.

30. Corpus regulariter triangulare, marginibus convexis, angulis late rotundatis. Exosporii superficies verruculis obtusis obtecta.

Diam. 0,032 mm. (Tab. II. fig. 25 cum exosporii parte magis amplificata).

Malowka (Rossia Centralis).

31. Corpus regulariter triangulare, marginibus convexis, angulis rotundatis. Exosporii superficies glabra, verruculis singulis dispersis.

Diam. 0,028 mm. (Tab. I. fig. 13).

In carbone Kurakinskije (Rossia Centralis).

32. Corpus irregulariter triangulare, marginibus subconvexis, angulis rotundatis. Exosporii superficies verruculis obtecta, margine crenulata.

Diam. 0,028—0,031 mm. (Tab. II. fig. 16. fig. 19).

Blätterkohle. Towarkowa (Rossia Centralis).

33. Corpus regulariter triangulare, marginibus convexis, angulis rotundatis. Exosporii superficies verruculis exasperata. Fissurae dimidium radii corporis longae.

Diam. 0,024 mm. (Tab. XXI. fig. 22. D).

In carbone Kurakinskije (Rossia Centralis).

34. Corpus regulariter triangulare, marginibus convexis, angulis rotundatis. Exosporii superficies densissime granulato-punctulata. Fissurae dimidio radii corporis paulo breviores.

Diam. 0,05 mm. (Tab. XXI. fig. 22. C).

Stigmarienkohle (Rossia Centralis).

35. Corpus regulariter triangulare, marginibus subconvexis, angulis late rotundatis. Exosporii superficies exasperato-verrucosa. Fissurae $^1/_5$ radii corporis longae. Exosporium crassiusculum (indistinctius de nucleo separatum).

Diam. 0,069 mm. (Tab. XV. fig. 22. A).

Zwickau (Saxonia).

36. Corpus triangulare, angulis rotundatis. Exosporii crassiusculi superficies verrucosa. Fissurae paene usque ad angulos se pertinentes.

Diam. 0,053 mm. (Tab. XV. fig. 22. B).

37. Corpus regulariter triangulare, marginibus convexis, angulis rotundatis. Exosporii crassiusculi superficies perforato-exasperata.

Diam. 0,081 mm. (Tab. II. fig. 20).

„Blätterkohle“ (Rossia Centralis).

38. Corpus triangulare marginibus convexis, angulis late rotundatis. Exosporii crassiusculi superficies verruculoso-exasperata. Fissurae $^3/_4$ corporis radii, marginibus subtiliter volvatis.

Diam. 0,053 mm. (Tab. II. fig. 21).

„Blätterkohle“ (Rossia Centralis).

39. Corpus triangulare, marginibus convexis, angulis rotundatis. Exosporii teneris superficies verruculoso-exasperata. Fissurae paene ad angulos pertinentes.

Diam. 0,042 mm. (Tab. II. fig. 22).

„Blätterkohle“. Malowka (Rossia Centralis).

40. Corpus triangulare, marginibus subrectis crenulatis, angulis late obtuso-truncatis. Exosporii crassiusculi superficies nodulis singulis dispersis. Fissurae $^2/_3$ corporis radii, marginibus volvatis.

Diam. 0,035 mm. (Tab. XV. fig. 18. B).

Zwickau (Saxonia).

41. Corpus triangulare, marginibus subrepandis, angulis rotundatis. Exosporii superficies nodulis singulis dispersis. Fissurae dimidium corporis radii longae, marginibus late volvatis.

Diam. 0,0327 mm. (Tab. XLIX. fig. 2. C).

††† Exosporium verruculis prominentibus dispersis obtectum.

42. Corpus paene hexagonum marginibus subrepandis, angulis late truncatis. Exosporii superficies verruculis rotundatis obtecta. Fissurae $^2/_3$ corporis radii longae.

Diam. 0,046 mm. (Tab. XXII. fig. 33. A).

„Stigmarienkohle“ (Rossia Centralis).

43. E minimis. Corpus regulariter triangulare, marginibus subrectis, angulis rotundatis. Exosporii superficies verruculis gracilioribus obtecta. Fissurae paene ad angulos pertinentes.

Diam. 0,0217 mm. (Tab. I. fig. 14).

Blätterkohle. Malowka (Rossia Centralis).

44. Corpus regulariter triangulare, marginibus subconvexis, angulis rotundatis. Exosporii superficies verruculis spinuliformibus obtecta. Fissurae paene ad angulos pertinentes.

Diam. 0,031—0,035 mm. (Tab. II. fig. 26. A. a. Specimen e latere inferiore).

Malowka in carbone. Kurakinskije in carbone compacta (Rossia Centralis).

†††† Exosporium verrucis majoribus latis obtectum.

45. Corpus triangulare marginibus et angulis subrotundatis. Exosporii crassiusculi superficies verrucis semirotundatis obtecta. Fissurae $^2/_3$ corporis radii longae.

Diam. 0,039 mm. (Tab. IX. fig. 117).

Inter varias Triletes in lamina argillacea acido hydrofluorico aperta. Zwickau (Saxonia).

46. Corpus triangulare marginibus et angulis rotundatis. Exosporii crassiusculi superficies verrucis latioribus dispersis, in margine in serie collocatis. Fissurae $^3/_4$ corporis radii longae.

Diam. 0,05 mm. (Tab. IX. fig. 116).

„Stigmarienkohle“ (Rossia Centralis).

47. Corpus triangulare marginibus subconvexis crenulatis, angulis late rotundatis. Exosporii superficies verrucis majoribus tuberiformibus obtecta. Fissurae paene ad angulos pertinentes.

Diam. 0,053—0,056 mm. (Tab. II. fig. 23).

In carbone Malowka (Rossia Centralis).

48. Corpus triangulare marginibus et angulis rotundatis. Exosporii superficies verrucis magnis tuberiformibus latis obtecta. Fissurae dimidium corporis radii longae, marginibus leviter volvatis.

Diam. 0,05 mm. (Tab. XV. fig. 23. A).

„Devonische Kohle“ (Rossia Centralis).

††††† Exosporium verrucis acutis latioribus obtectum.

49. Corpus triangulare marginibus subconvexis, angulis late rotundatis. Exosporii superficies verrucis latioribus in apiculum subito attenuatis obtectum. Fissurae paene ad angulos pertinentes.

Diam. 0,039 mm. (Tab. XXVIII. fig. 26. G. e. latere inferiore).

In carbone Metschowk. (Rossia centralis).

50. Corpus regulariter triangulare, marginibus subconvexis, angulis rotundatis. Exosporii superficies verrucis latioribus subconicis obtecta. Fissurae $^3/_4$ corporis radii longae.

Diam. 0,049—0,053 mm. (Tab. XXI. fig. 26. A. e latere superiore et inferiore).

Metschowk (Rossia Centralis).

††††††† Exosporium sipinulis gracilioribus armatum.

51. Corpus triangulare, angulis et marginibus subrotundatis. Exosporii superficies spinulis gracilioribus acutis armata. Fissurae $^3/_4$ corporis radii longae.

Diam. 0,035 mm. (Tab. XV. fig. 26. A. e latere inferiore).

In carbone Kurakinskije (Rossia Centralis).

52. Corpus triangulare, marginibus subemarginatis, angulis late rotundatis. Exosporii superficies interna pars glabra, externa pars et margines spinis firmis, apice truncatis, irregulariter collocatis, armata. Fissurae $^2/_3$ corporis radii longae.

Diam. sine spinis 0,056 mm. Longit. spin. 0,0105 mm. (Tab. XXI. fig. 27. B).

In carbone. Metschowk (Rossia Centralis).

†††††††† Exosporium spinulis in seriebus collocatis armatum.

53. Corpus irregulariter triangulare, marginibus subrectis et subundulatis, angulis obtuse truncatis. Exosporii superficies spinulis in seriebus parallelis collocatis armata.

Diam. 0,031 mm. (Tab. II. fig. 24).

In carbone. Pruckscha Nowgorod (Rossia Centralis).

54. Corpus regulariter triangulare, marginibus rectis, angulis recte truncatis, spinis binis armatis. Exosporii superficies spinulis in seriebus concentricis collocatis armata. Fissurae dimidium corporis radii longae.

Diam. 0,05 mm. (Tab. XXI. fig 26. C).

In carbone. Metschowk (Rossia Centralis).

†††††††† Exosporium lacunoso-perforatum.

55. Corpus triangulare, marginibus et angulis subrotundatis subcrenulatis. Exosporium lacunoso-perforatum, lacunulis circularibus. Fissurae $^2/_3$ corporis radii longae.

Diam. 0,042 mm. (Tab. XXII. fig. 26. F).

In carbone. Metschowk (Rossia Centralis).

56. Corpus irregulariter triangulare, marginibus et angulis subrotundatis. Exosporium indistinctius lacunoso-perforatum et punctulatum. Fissurae $^3/_4$ corporis radii longae.

Diam. 0,059 mm. (Tab. XVIII. fig. 118. F).

Zwickau (Saxonia).

57. Corpus irregulariter triangulare, angulis rotundatis, marginibus subconvexis. Exosporium lacunoso-perforatum, lacunis majoribus angulosis et ellipticis. Fissurae paene ad angulos pertinentes.

Diam. 0,0577 mm. (Tab. XIX. fig. 118 J).

Zwickau (Saxonia).

58. Corpus triangulare marginibus subrectis, angulis late truncatis. Exosporium reticulato-lacunosum, lacunis majoribus rotundatis. Fissurae $^3/_4$ corporis radii longae.

Diam. 0,039 mm. (Tab. XV. fig. 18. A).

Zwickau (Saxonia).

59. Corpus irregulariter triangulare, marginibus convexis, angulis latissime rotundatis. Exosporium lacunoso-exasperatum, lacunis minimis. Fissurae $^4/_5$ corporis radii longae.

Diam. 0,145 mm. (Tab. XXI. fig. 20. A).

In carbone laminosa. Zwickau (Saxonia).

††††††††† Exosporium parenchymatice conjunctis prominentiis obtectum.

60. Corpus regulariter triangulare, marginibus subconvexis dentatis, angulis subrotundatis. Exosporium areolis angulosis parenchymatice conjunctis obtectum, angulis spinulis obsessis. Fissurae a centro leviter curvatae, marginibus paulo volvatis prominentiis liberis, inaequaliter longae, binae angulos paene attingentes, altera brevior $^2/_3$ corporis radii longa.

Diam. 0,075 mm. (Tab. XXI. fig. 26. D. Figura non exhibet denticuli marginis in intervallis aequalibus collocati).

Malowka (Rossia Centralis).

61. Corpus triangulare, marginibus et angulis rotundatis dentatis. Exosporium areolis reticulare conjunctis obtectum. Prominentiae inter areolas spinulis obsessae.

Diam. 0,046 mm. (Tab. XXI. fig. 26. E. e latere inferiore).

Metschowk (Rossia Centralis).

Subdivisio III. Exosporium tenue ($^1/_{24}$—$^1/_{40}$ diametri transversalis), glaberrimum aut granulis regulariter in seriebus dispositis varie ornatum. Margines corporis serie simplici (interdum duplicata) spinarum dentiformiter juxta positarum, a centro marginis ad angulos sensim decrescentium, armati.

62. Corpus regulariter triangulare, marginibus subrepandis, angulis rotundato-obtusis. Exosporium glabrum. Margines 8is usque 10is spinis dentiformibus firmis, ad angulos corporis subito decrescentibus armati. Fissurae simplices $^2/_3$ radii corporis longae.

Diam. 0,039 mm. (Tab. XXII. fig. 27. C).

„Stigmarienkohle“, in carbone compacta a Lewino (Rossia Centralis).

63. Corpus regulariter triangulare, marginibus leviter repandis, angulis truncatis. Exosporium granulis dispersis obtectum, in latere inferiore seriebus ternis granulorum e centro corporis radiantibus ornatum. Margines 14is — 16is spinis firmis dentiformibus, aequaliter latis ad angulos corporis sensim decrescentibus armati. Fissurae paene angulos attingentes, utrimque serie simplici granularum regulariter dispositarum ornatae.

Diam. 0,035—0,046 mm. (Tab. II. fig. 27. a. Specimen e latere superiore, fig. b. Specimen e latere inferiore).

„Blätterkohle“ et „Stigmarienkohle“ (Rossia Centralis).

64. Corpus regulariter triangulare, marginibus subconvexis, angulis obtuso-rotundatis. Latus superius Exosporii glaberrimum, latus inferius seriebus ternis granularum regulariter dispositarum e centro corporis radiantibus ornatum. Margines seriebus binis supra positis spinarum firmium dentiformium apice breviter bidentatarum, ad angulos sensim decrescentium armati. Fissurae $^3/_4$ radii corporis longae.

Diam. 0,042 mm. Crassit. (spin. exclus.) 0,011 mm. (Tab. XV. fig. 27. A. Specimen e latere superiore et e latere laterali. fig. a. Spinula singula amplif.).

65. Corpus regulariter triangulare, marginibus repandis, angulis rotundatis. Latus inferius Exosporii granulis 4is rhombice dispositis et pars centralis granulis 16is regulariter triangulatim dispositis ornata. Margines serie singula spinarum gracilliorum, apice acuminatarum ad angulos subito decrescentium armati. Spinae longissimae $^1/_3$ corporis diametri longae.

Diam. 0,026 mm. Longit. spin. 0,01. (Tab. XXVIII. fig. 27. E).

„Stigmarienkohle“ (Rossia Centralis).

66. Corpus regulariter triangulare, marginibus leviter repandis, angulis late rotundatis. Exosporium exasperato-granulatum. Margines serie spinarum breviorum dentato-serrati. Fissurae centro paulo apertae.

Diam. 0,042 mm. (Tab. XXII fig. 27. D).

Metschowk (Rossia Centralis).

67. Corpus regulariter triangulare, marginibus repandis, angulis rotundatis. Exosporium glaberrimum. Margines spinis dentiformibus, plus minusve conservatis, in serie singula dispositis armati.

Diam. 0,031—0,035 mm. (Tab. XLIX. A. Supplem. fig. 76. B).

In carbone compacta, fracturis conchoideis. (Lota. Chile. America Meridionalis). De natura carbonis hoc loco mihi desunt argumentationes propiores, probabiliter ad formationem Carboniferam pertinentis.

Subdivisio IV. Exosporium tenerrimum. Fissurae bifurcatae et in angulum quemque recurrunt fissurulae binae divergentes et cum fissura centrali cohaerentes.

68. Corpus regulariter triangulare, marginibus rectis, angulis truncatis. Exosporium glaberrimum. Fissurarum pars bifurcata et pars centralis subtiliter volvata.

Diam. 0,033 mm. (Tab. XXI. fig. 17. B).

„Stigmarienkohle" (Rossia Centralis).

Subdivisio V. Exosporium tenerrimum membranaceum homogoneum. Corpus trilobulatum. Lobuli in Sciagraphia rectangulares et trapezici, polis margine recto, rotundato et anguloso.

† Lobulorum poli rotundati et angulosi.

69. Corpus trilobulatum marginibus rectangule emarginatis, lobulis semicircularibus. Exosporium granulato-punctulatum. Fissurae $^3/_4$ corporis radii longae.

Diam. 0,059 mm. Latit. lobulorum 0,032 mm. (Tab. III. fig. 30).

„Stigmarienkohle" (Rossia Centralis).

70. (Diagnos. unius Specim.). Corpus trilobulatum, marginibus inaequaliter emarginatis, lobulis brevicylindricis. Exosporium subtiliter punctulatum. Fissurae $^2/_3$ radii corporis longae.

Diam. 0,059 mm. Latit. lobulor. 0,021 mm. (Tab. XXII. fig. 30. A).

„Stigmarienkohle" (Rossia Centralis).

71. E. minimis. Corpus trilobulatum marginibus obtusangule emarginatis, lobulis trapezicis. Exosporium glaberrimum, margine indistincte striolato. Fissurae $^2/_3$ corporis radii longae.

Diam. 0,024 mm. (Tab. XV. fig. 28. A).

Zwickau (Saxonia).

72. E. minimis. Corpus trilobulatum marginibus obtusangule emarginatis, lobulis trapezicis, polis angulosis. Exosporium punctulatum. Fissurae dimidium radii corporis longae.

Diam. 0,020 mm. (Tab. XV. fig. 36. A).

†† Lobulorum poli obtusi et obtuso-rotundati.

73. Corpus trilobulatum, marginibus repandis, lobulis trapezicis, polis obtusato-rotundatis. Fissurae paene angulos attingentes.

Diam. 0,084 mm. (Tab. II. fig. 29).

Stigmarienkohle (Rossia Centralis).

Diam. 0,052 mm. Diam. nucl. 0,024 mm. (Tab. XLIX. fig. 118. S.). „Stigmarienkohle."

Subdivisio XXXVIII. Exosporium aequaliter incrassatum, margines et superficies volvis rotundatis obtecta.

325. Corpus triangulare, marginibus subundatis. Exosporium $1/3$ (et paulo magis) nuclei diametri crassum, superficies 4 is—5 is volvis obtectum.

Diam. 0,066 mm. Diam. nucl. 0,039 mm. (Tab. IX. fig. 119). „Stigmarienkohle."

326. Corpus triangulare, marginibus subundulatis. Exosporium $1/2$ nuclei diametri crassum, volvis 6 is—7 is, in centro partim cohaerentibus obtectum.

Diam. 0,056 mm. Diam. nucl. 0,035 mm. (Tab. XVI. fig. 118. A.). Blätterkohle. Kurakinskije. (Rossia Centralis).

327. Corpus triangulare, marginibus undulatis. Exosporium $1/2$—$1/3$ nuclei diametri crassum, volvis 4 is—5 is latioribus obtectum. Nucleus fissuris volvatis.

Diam. 0,078 mm. Diam. nucl. 0,05 mm. (Tab. XXVI. fig. 118. O.). Kurakinskije.

328. Corpus triangulare, marginibus subundatis. Exosporium usque $1/2$ nuclei diametri crassum, volvis 4 is—5 is majoribus obtectum.

Diam. 0,091 mm. Diam. nucl. 0,053 mm. Tab. IX. fig. 118). Blätterkohle. Zwickau?

329. Corpus ovali-triangulare. Exosporium $1/4$—$1/5$ nuclei diametri crassum, volvis latioribus 5 is—6 is obtectum.

Diam. 0,091 mm. Diam. nucl. 0,059 mm. (Tab. XLVII. fig. 271. C.). Zwickau. (Saxonia).

330. Corpus triangulare, marginibus undatis. Exosporium usque $^1/_2$ diametri nuclei crassum volvis latioribus 3is — 4is obtectum. Nucleus regulariter triangularis reticulari-lacunosum.

Diam. 0,08 mm. Diam. nucl. 0,05 mm. (Tab. XVI. fig. 119. B). Blätterkohle.

331. Corpus ovato-triangulare, angulis late rotundatis, marginibus subundatis. Exosporium $^1/_5$ nuclei diametri, volvis latioribus 4is — 5is, partim cohaerentibus obtectum. Nucleus ovato-triangularis granulatus.

Diam. 0,105 mm. Diam. nucl. 0,081 mm. (Tab. XVI. fig. 118. B). Zwickau.

332. Corpus ovato-triangulare, marginibus subundulatis. Exosporium $^1/_4$ nuclei diametri crassum, volvis tenuioribus 6is — 7is marginalibus obtectum. Nucleus fissuris late volvatis.

Diam. 0,053 mm. Diam. nucl. 0,043 mm. (Tab. XLIX. A. fig. 5. fig. 5. a. familia minor ex cellulis 12is composita. Magn. $^1/_1$). „Stigmarienkohle.“ Saepissime occurunt cellulae complures (8ae — 16ae) in familias minores consociatae.

333. Corpus irregulariter triangulare, marginibus subundulatis. Exosporium $^1/_3$ diametri nuclei crassum, volvis tenuioribus 6is — 7is cohaerentibus obtectum.

Diam. 0,059 mm. Diam. nucl. 0,042 mm. (Tab. XXVIII. fig. 118. U). Metschowk.

Subdivisio XXXIX. Exosporium volvulis parenchymatico-reticulariter connexis inductum.

334. Corpus ovato-triangulare, marginibus undulato-dentatis. Exosporium volvulis latioribus parenchymatico connectis, marginibus crenulato-dentatis inductum. Areolae irregulariter polygonae, perfecte clausae.

Diam. 0,078 mm. Diam. nucl. 0,059 mm. (Tab. XXV. fig. 108. B). Kurakinskije.

335. Corpus regulariter triangulare, marginibus subtiliter inciso-crenatis. Exosporium volvulis parenchymatice-connectis obtectum; areolae regulariter polygonae, in angulis in denticulos productae.

Diam. 0,05 - 0,053 mm. (Tab. IX. fig. 113. fig. a. Specimen magn. $^4/_1$).

Subdivisio XL. Exosporii incrassati exterior pars in lobulos structura complicita evoluta. Lobuli pedicello subconico, cum substantia interna Exosporii connecti, et capitulo semiellipsoidico extrorsum laminoso composito.

336. Corpus ovato-triangulare. Exosporium $^2/_3$ nuclei diametri crassum; margines Exosporii in lobulos 18os — 20os evoluti. Nucleus liberus, granulatus.

Diam. 0,066 mm. Diam. nucl. 0,035 mm. (Tab. XVI. fig. 125. A). „Stigmarienkohle“ (Rossia). Zwickau (Saxonia).

337. Corpus ovato-triangulare. Exosporium $^2/_3$ nuclei diametri crassum; margines Exosporii in lobulos (18os) evoluti. Nucleus liberus, granulatus.

Diam. 0,087 mm. Diam. nucl. 0,039 mm. (Tab. IX. fig. 125). „Stigmarienkohle.“

338. Corpus ovato-triangulare. Exosporium $^2/_3$ nuclei diametri crassum, in marginibus in tota superficie lobuli expliciti; lobuli in marginibus (30i) distinctius discernendi cum pedicellis, in centrali parte densius juxta positi ac articulis brevioribus inter se conjuncti.

Diam. 0,078 mm. Diam. nucl. 0,039 mm. (Tab. XXVI. fig. 125. C). Lewino, Metschowk.

339. Corpus ovato-triangulare. Exosporium $^1/_2$ nuclei diametri crassum, et in marginibus et in tota superficie lobulis explicitis; lobuli in marginibus (30i) distinctius discernendi cum pedicellis gracillioribus, in centrali parte densius juxta positi ac articulis brevioribus inter se conjunctis.

Diam. 0,087 mm. Diam. nucl. 0,05 mm. (Tab. XXVII. fig 125. B). Lewino, Metschowk.

Subdivisio XLI. Exosporium inaequaliter sed regulariter triangulatim incrassatum, angulis paulo productis.

340. Corpus usque fere hexagonum, marginibus rectis, angulis truncatis. Exosporium glaberrimum, subtiliter radialiter striatum $^1/_2$ nuclei diametri crassum. Nucleus regulariter triangularis subtiliter punctulatus.

Diam. 0,042 mm. Diam. nucl. 0,024 mm. (Tab. XLIX. C. fig. 44. fig. 44 in Tab. III. delenda). „Devonische Kohle.“ Metschowk (Rossia).

341. Corpus sicut praecedentis. Exosporium $^2/_3$ nuclei diametri crassum, in quodam angulo volvula singula cum cavernula singula evoluta. Nucleus regulariter triangularis.

Diam. 0,029 mm. (Tab. XXVIII. fig. 44. D). Metschowk.

342. Corpus triangulare, angulis obtuso-rotundatis. Exosporium $^1/_3$ nuclei diametri crassum, in quodam angulo tuberculum singulum latiorem evolvens.

Diam. 0,042 mm. (Tab. XV. fig. 44. B. Specimen a Zwickau. fig. b. Specimen a Metschowk angulis crenulatis). Zwickau in laminis carbonis materia clastica immixtis. Metschowk (Rossia).

343. Corpus triangulare, angulis obtuso-rotundatis. Nucleus indistinctius separatus de Exosporio.

Diam. 0,035 mm. (Tab. XV. fig. 6. A). Zwickau.

344. Corpus triangulare, angulis truncatis crenulatis. Exosporium $^1/_4$ diametri nuclei crassum.

Diam. 0,031 mm. (Tab. XXI. fig. 79). Metschowk.

Subdivisio XLII. Exosporium inaequaliter regulariter triangulatim incrassatum et angulis productis.

345. Corpus regulariter triangulare, marginibus subrectis, angulis productis apice truncatis. Exosporium in angulis usque $^1/_2$ nuclei diametri crassum, glaberrimum. Nucleus regulariter triangulare, punctulatus.

Diam. 0,063 mm. Diam. nucl. 0,032 mm. (Tab. III. fig. 34). Pruckscha, Nowgorod.

346. Corpus regulariter triangulare, marginibus repandis, angulis truncato-rotundatis. Exosporium in angulis verruculosis usque $^1/_2$ diametri nuclei crassum. Nucleus glaberrimus.

Diam. 0,035 mm. (Tab. XXIV. fig. 77. A). Metschowk.

347. Corpus usque fere hexagonum, marginibus obtusangule emarginatis, angulis latissime truncatis. Exosporium glaberrimum, in angulis $^2/_3$ nuclei diametri crassum. Nucleus regulariter triangularis, punctulatus.

Diam. 0,059 mm. Diam. nucl. 0,031 mm. (Tab. III. fig. 36). Metschowk.

348. Corpus triangulare, marginibus obtusangule emarginatis, angulis, rectangularibus late truncatis. Exosporium in angulis $^1/_2$ nuclei diametri crassum, glaberrimum. Nucleus regulariter triangularis, punctulatus.

Diam. 0,046 mm. Diam. nucl. 0,031 mm. (Tab. XXVIII. fig. 36. A). Metschowk, Kurakinskije.

349. Corpus usque fere triangulari-hexagonum, marginibus obtusangule-emarginatis, angulis latissime truncato-rotundatis. Exosporium in angulis usque $^1/_2$ diametri nuclei crassum, cavernulis oblongis radialiter positis impletum. Nucleus regulariter triangularis, punctulatus.

Diam. 0,053 mm. Diam. nucl. 0,04 mm. (Tab. III. fig. 42). Pruckscha, Nowgorod.

Subdivisio XLIII. Exosporium inaequaliter incrassatum, uno latere integerrimo altero latere lobulato-diviso.

350. Corpus triangulare, uno latere lobulato-diviso, alteris lateribus subintegerrimis. Exosporium inaequaliter crassum, maximum crassitudinis $^2/_3$ nuclei diametri, introrsum subtiliter laminosum. Nucleus regulariter triangularis, punctulatus, fissuris subtiliter volvatis.

Diam. 0,059 mm. Diam. nucl. 0,028 mm. (Tab. XVI. fig. 124. A). In carbone compacta. Kurakinskije.

351. Corpus triangulare, uno latere crenulato-incisum, alteris lateribus subintegris. Exosporium inaequaliter crassum, maximum crassitudinis $^2/_3$ nuclei diametri, introrsum subtiliter excentrice laminosum. Nucleus excentricus regulariter triangularis, punctulatus.

Diam. 0,046 mm. Diam. nucl. 0,031 mm. (Tab. XVI. fig. 124. B). „Devonische Kohle."

Haec formae valde consentiunt in structura Exosporii cum cellulis Triletoidibus sine dubio in connexu organico cum plantulis Algoidicis, ex cellulis distinctissimis extitutis (Tab. LXXXXIII. fig. 25. C. fig. 28. C). Incertum est, formas, huius Subdivisiones esse collocandas in serie Triletum.

Subdivisio XLIV. Exosporium inaequaliter regulariter triangulatim incrassatum, angulis productis.

352. Corpus regulariter triangulare, marginibus late repandis, angulis truncatis, inciso-dentatis.

Exosporium in angulis usque $1/2$ diametri nuclei crassum. Nucleus triangularis, marginibus repandis, angulis productis-glaberrimis.

Diam. 0,05 mm. Diam. nucl. 0,028 mm. (Tab. XXII. fig. 37. A). „Stigmarienkohle."

353. Corpus regulariter triangulare, marginibus subrectis, angulis productis rotundatis inciso-dentatis. Exosporium in angulis $2/3$ diametri nuclei crassum. Nucleus regulariter triangularis, punctulatus.

Diam. 0,053 mm. Diam. nucl. 0,021 mm. (Tab. III. fig. 37). Malowka.

Subdivisio XLV. Exosporium inaequaliter regulariter triangulatim incrassatum, angulis, obtusatis et crenulato-incisis.

† Angulis productis, late obtusatis, crenulato incisis, lobulis integris.

354. Corpus fere regulariter triangulari-hexagonum. Exosporium in angulis $1/3$ (et paulo magis) nuclei diametri crassum, angulis latissime truncatis, inciso crenatis. Nucleus regulariter triangularis, glaberrimus.

Diam. 0,056 mm. Diam. nucl. 0,034 mm. (Tab. III. fig. 35). „Stigmarienkohle."

355. Corpus usque fere hexagonum. Exosporium in angulis $1/3$ (et paulo minus) nuclei diametri crassum, angulis latissime truncatis, inciso-crenatis et verruculis singulis obtectis. Exosporii interior pars subtiliter laminosa. Nucleus regulariter triangularis, glaberrimus.

Diam. 0,042 mm. Diam. nucl. 0,028 mm. (Tab. XV. fig. 45. A. 44. A. Tab. VI. fig. 71). Lewino, Metschowk.

†† Angulis productis, late obtusatis, crenulato-incisis, lobulis separatis globuliformibus.

356. Corpus triangulari-hexagonum. Exosporium in angulis $1/3$ nuclei diametri crassum, angulis latissime truncatis, inciso-crenatis, lobulis distincte separatis, globuliformibus. Nucleus regulariter triangularis, granulatus.

Diam. 0,056 mm. Diam. nucl. 0,039 mm. (Tab. XXII. fig. 41. H). „Stigmarienkohle."

357. Corpus triangulari-hexagonum, trilobulatum. Exosporium in angulis $1/3$—$1/4$ nuclei diametri crassum, angulis latissime truncatis (usque fere nuclei diametri aequaliter latis), inciso-crenatis, lobulis distincte separatis, globuliformibus. Exosporium infra angulos subtiliter concentrice lamellosum et punctulatum. Nucleus regulariter triangularis, furfuraceo-verruculosus, fissuris volvatis.

Diam. 0,125 mm. Diam. nucl. 0,087 mm. (Tab. III. fig. 43). In carbone compacta. Malowka.

Subdivisio XLVI. Exosporium inaequaliter triangulatim incrassatum, angulis productis, obtusatis et crenulato-incisis.

† Anguli aequaliter formati, crenulato-incisi.

358. Corpus fere hexagonum trilobulatum, marginibus obtusangule emarginatis, angulis latissime obtusatis, inciso-crenatis, lobulis distincte separatis, aequalibus, rotundatis. Exosporium in angulis usque $1/2$ nuclei diametri crassum. Nucleus regulariter triangularis, punctulatus.

Forma 1. Anguli profundius inciso-dentati, lobulis regularibus. (Tab. XXII. fig. 41. F. a).

Diam. 0,05 mm. Diam. nucl. 0,031 mm.

Forma 2. Anguli profundius inciso-dentati, lobulis irregularibus, margines singulis lobulis irregularibus. (Tab. XXII. fig. 41. F. fig. b. c).

Diam. 0,05—0,053 mm. Diam. nucl. 0,028 mm.

„Stigmarienkohle" et in carbone compacta. Kurakinskije.

359. Corpus triangulari-hexagonum trilobulatum, marginibus obtusangule emarginatis, angulis late obtusatis. Exosporium in angulis $1/2$ diametri nuclei crassum, in lobulos 4os — 5os subaequales, apicibus paulo incrassatis et callosis, divisum. Nucleus regulariter triangularis, granulatus, fissuris volvatis.

Diam. 0,05 mm. Diam. nucl. 0,031 mm. (Tab. XX. fig. 14. F). Stigmarienkohle. In carbone compacta. Metschowk.

†† Anguli inaequaliter formati.

360. Corpus irregulariter triangulari-hexagonum trilobulatum, angulis obtusatis, inaequaliter latis.

Exosporium in angulis usque $1/2$ nuclei diametri crassum, angulis unis crenatis, angulis alteris diviso-crenatis. Nucleus irregulariter triangulare.

Diam. 0,046 mm. Diam. nucl. 0,021 mm. (Tab. XLIX. fig. 41. L). „Stigmarienkohle."

††† Anguli aequaliter formati late obtusati.

361. Corpus triangulari-hexagonum trilobulatum Exosporium in angulis $1/2$ nuclei diametri crassum, angulis inciso-crenulatis, lobulis granulatis.

Diam. 0,035 mm. (Tab. XXII. fig. 38. A). Metschowk.

362. Corpus triangulari-hexagonum trilobulatum. Exosporium in angulis $1/2$ nuclei diametri crassum angulis late obtusatis, inciso-crenatis et verruculis rotundatis obtectis. Nucleus regulariter triangularis, punctulatus.

Diam. 0,053 mm. Diam. nucl. 0,025 mm. (Tab. III. fig. 38. b).

Forma 1. Angulis et marginibus inciso-crenatis.

Diam. 0,046 mm. Diam. nucl. 0,025 mm. (Tab. III. fig. 38. a). „Stigmarienkohle" in carbone compacta. Malowka.

†††† Anguli longius producti, profundius incisi.

363. Corpus triangulare trilobulatum, marginibus late emarginatis, angulis late obtusatis. Exosporium in angulis $1/2$ nuclei diametri crassum, in lobulos 9os — 11os aequales divisium. Nucleus regulariter triangularis, punctulatus.

Diam. 0,059 mm. Diam. nucl. 0,031 mm. (Tab. III. fig. 39. a. b). In carbone compacta. Metschowk. Malowka. Lewino.

364. Corpus triangulare trilobulatum, marginibus late emarginatis, angulis late obtusatis et rotundatis. Exosporium in angulis $1/2$ nuclei diametri crassum, in lobulos 7os — 9os inaequales ad margines descrescentes divisum. Nucleus triangularis marginibus repandis.

Diam. 0,056 mm. Diam. nucl. 0,028 mm. (Tab. XXII. fig. 40. A). Metschowk.

365. Corpus triangulare trilobulatum, marginibus latissime emarginatis, angulis longe productis, late obtusatis et subrotundatis. Exosporii crassitudo in angulis usque nuclei diametro subaequans. Anguli in lobulos 8os — 9os apicibus rotundatis profundius divisi. Nucleus regulariter triangularis, punctulatus.

Diam. 0,056—0,075 mm. Diam. nucl. 0,028—0,031 mm. (Tab. III. fig. 40. a. fig. b. Specimen angulis gracilioribus). „Blätterkohle" in carbone compacta. Malowka.

366. Corpus triangulare trilobulatum, marginibus late emarginatis, angulis longius productis. Exosporium in angulis $2/3$ (et paulo magis) nuclei diametri crassum. Anguli irregulariter incisi et lobulati.

Diam. 0,063 mm. Diam. nucl. 0,031 mm. (Tab. XIX. fig. 39. B). „Stigmarienkohle."

367. Corpus triangulare trilobulatum, marginibus late emarginatis, angulis longius productis. Exosporium in angulis usque $1/2$ nuclei diametri crassum. Anguli in lobulos 6os — 7os apicibus rotundatis profundius incisi. Nucleus regulariter triangularis, glaberrimus.

Diam. 0,053—0,057 mm. Diam. nucl. 0,032—0,037 mm. (Tab. XVII. fig. 39. A). „Stigmarienkohle" in carbone compacta. Malowka.

††††† Anguli inaequaliter formati. Angulus usus minor, anguli alteri duplo (et magis) latiores.

368. Corpus triangulare, inaequaliter trilobulatum. Exosporium in angulis nuclei diametro usque aequaliter crassum. Anguli aequales dupplo latiores angulo minore, rotundati, crenato incisi, lobulis 13is — 14is rotundatis; angulus minor 5 lobulatus. Nucleus regulariter triangularis, granulatus.

Diam. 0,061 mm. Diam. nucl. 0,026 mm. (Tab. XVII. fig. 41. A). „Stigmarienkohle."

369. Corpus irregulariter ovato-triangulare, indistinctius trilobulatum. Exosporium in angulis $1/2$ nuclei diametri crassum. Anguli aequales $1/3$ latiores angulo minore, rotundati in lobulos inaequales numerosos profundius incisi. Lobulus minor saepe divisus, lobuli in 6os — 8os lobulos divisi. Nucleus regulariter triangularis, marginibus repandis, punctulatus.

Diam. 0,163 mm. Diam. nucl. 0,028 mm. (Tab. XVII. fig. 41. C). „Stigmarienkohle."

370. Corpus irregulariter ovato-triangulare, indistinctius trilobulatum. Exosporium in angulis $^1/_3$ nuclei diametri crassum. Anguli aequales dupplo latiores angulo minore, rotundati, in lobulos numerosos aequales incisi, marginibus verrucis obtectis. Angulus minor in lobulos 7os — 8os rotundatos divisus. Nucleus regulariter triangularis, indumento extrorsum subtiliter lamelloso, fissuris subtiliter volvatis.

Diam. 0,053 mm. Diam. nucl. 0,035 mm. (Tab. XVII. fig. 41. B). „Stigmarienkohle."

Subdivisio XLVII. Exosporium inaequaliter triangulatim evolutum. Exosporii lobuli indistinctius separati.

371. Corpus irregulariter ovato-triangulare. Exosporium usque $^2/_3$ nuclei diametri crassum, irregulariter profundius inciso-lobulatum. In speciminibus cum lobulis distinctius evolutis lobuli latiores 7—8 lobulati. Nucleus regulariter triangularis, granulatus.

Diam. 0,046 mm. Diam. nucl. 0,024 mm. (Tab. XX. fig. 14. E).

Forma. Exosporio verruculoso (Tab. XX. fig. 14. E. dextra figura). Stigmarienhohle. In carbone compacta. Kurakino.

Subdivisio XLVIII. Exosporium aequaliter triangulatim incrassatum, angulis intergerrimis, et superficie tota subtiliter plicata et verruculosa.

372. Corpus hexagonum, marginibus subrepandis, angulis latissime obtusatis. Exosporium $^1/_3$ nuclei diametri crassum, in margine toto crenato-incisum (profundius in angulis); subtiliter radialiter plicatum et verruculis obtectum. Lobuli marginum aequales rotundati. Nucleus regulariter triangularis, marginibus subrepandis.

Diam. 0,059 mm. Diam. nucl. 0,035 mm. (Tab. XXII. fig. 41. J). Stigmarienkohle.

Subdivisio XLIX. Exosporium aequaliter triangulatim incrassatum, angulis profundius repetito regulariter lobulatis.

373. Corpus triangulari-hexagonum, trilobulatum. Exosporium in angulis $^1/_2$ nuclei diametri. Anguli lateraliter dilatati, rotundati, in lobulos 6s — 7s subcuneatos, apice lobulato incisos divisi. Nucleus regulariter triangularis, punctulatus.

Diam. 0,059 mm. Diam. nucl. 0,028 mm. (Tab. III. fig. 41). „Stigmarienkohle" et in carbone compacta. Metschowk.

374. Corpus triangulare, trilobatum, marginibus late emarginatis, angulis late obtusatis. Exosporium in angulis diametro nuclei usque aequaliter crassum. Anguli in lobulos 4os — 6os profundius divisi, lobuli repetito lobulati, lobulis ultimis globuliformibus. Nucleus regulariter triangularis punctulatus.

Diam. 0,063 mm. Diam. nucl. 0,021 mm. (Tab. XXII. fig. 41. K. fig. a. Angulus major auctus). „Stigmarienkohle."

375. Corpus triangulare usque triangulari-hexagonum. Exosporium in angulis $^1/_2$—$^3/_4$ nuclei diametri crassum. Margines et anguli Exosporii profundius repetito lobulati. Lobuli ultimi globuliformes. Nucleus regulariter triangularis, punctulatus.

Diam. 0,069 mm. Diam. nucl. 0,035 mm. (Tab. XXII. fig. 41. G). „Stigmarienkohle."

376. Corpus triangulari-hexagonum, trilobulatum, marginibus late emarginati, angulis late obtusatis. Exosporium in angulis $^2/_3$ diametri nuclei crassum. Margines crenati, anguli profundius inciso-lobulati. Lobuli apice crenato aut subdivisio. Nucleus regulariter triangularis, punctulatus, fissuris volvatis in centro apertis.

Diam. 0,075 mm. Diam. nucl. 0,032 mm. (Tab. XXII. fig. 41. G. fig. a). In carbone compacta. Metschowk. „Stigmarienkohle."

Subdivisio L. Exosporium aequaliter incrassatum imperfecte de nucleo separatum. Nucleus et Exosporium cum substantia granulosa partim cohaerentia.

377. Corpus regulariter triangulare. Exosporium indistincte evolutum, crassum, lamina imperfecte evoluta de nucleo separatum. Nucleus homogeneus fissuris irregulariter apertis, $^2/_3$ diametri radii nuclei longis.

Diam. 0,084 mm. (Tab. IXLIX. C. fig. 53). Bexbach, Saarbrücken (Prussia Rhen.).

378. Corpus triangulare, marginibus subundatis. Exosporium $^1/_4$ nuclei diametri crassum, irregulariter laminosum, inhomogeneum, ex substantia granulosa et ex substantia cavernulis minoribus impleta formatum. Substantia granulosa nuclei in uno latere connecta cum substantia granulosa Exosporii.

Diam. 0,14 mm. Diam. nucl. 0,113 mm. (Tab. XX. fig. 146. A). „Stigmarienkohle."

379. Corpus ovato-triangulare. Exosporium imperfecte disjunctum de Nucleo, $^1|_6$ nuclei diametri crassum, subhomogeneum, partim connectum cum substantia Nuclei. Fissurae $^2|_3$ radii nuclei longae.

Diam. 0,11 mm. Diam. nucl. 0,089 mm. (Tab. XXVIII. fig. 66. A). Zwickau.

380. Corpus triangulare, marginibus undatis. Exosporium imperfectum disjunctum de Nucleo, $^1|_5$ nuclei diametri crassum, homogeneum, partim cum substantia nuclei connectum. Fissurae excentrice positae, inaequales.

Diam. 0,125 mm. Diam. nucl. 0,1 mm. (Tab. XXVIII. fig. 151. A). Zwickau.

Subtribus II. Nucleus semiellipticus.

Subdivisio LI. Exosporium tenuissimum membranaceum, integrum.

381. Corpus semiellipticum. Exosporium dispersis nodulis. Fissurae inaequales usque ad angulos pertinentes.

Long. 0,05 mm. Lat. 0,031 mm. (Tab. XLIII. fig. 154. B). „Stigmarienkohle."

382. Corpus semiellipticum. Exosporium et nucleus imperfecte conservata. Exosporium punctulatum.

Long. 0,053 mm. Lat. 0,035 mm. (Tab. XXIX. fig. 152). Bexbach (Bavaria Rhenana).

383. Corpus late semiellipticum. Exosporium punctulato-granulatum, fissurae margines non attingentes.

Long. 0,042 mm. Lat. 0,035 mm. (Tab. XXIX. fig. 154). Malowka.

384. Corpus oblongo-semiellipticum. Exosporium verruculis dispersis. Fissurae indistinctae, inaequales.

Long. 0,31 mm. Malowka.

385. Corpus regulariter semi-ellipticum, marginibus subcrenulatis. Exosporium crassiusculum ($^1|_4$ nuclei diametri transversalis), granulatum. Fissurae distinctae radiales.

Long. 0,03 mm. (Tab. XXXIX. fig. 152. A). Kurakinskije.

386. Exosporium crassiusculum marginibus subcrenulatis ($^1|_5$—$^1|_6$ nuclei diametri transversalis) furfuraceo-granulatum, fissurae $^2/_3$ diametri longae, volvatae.

Long. 0,069 mm. Lat. 0,05 mm. (Tab. XXXIV. fig. 152. B). Zwickau.

387. Exosporium crassiusculum, marginibus subcrenulatis, verruculoso-exasperatum. Fissurae recurvae, extra centrum corporis positae.

Long. 0,151 mm. Lat. 0,1 mm. (Tab. XXXIX. fig. 154. A). Zwickau.

Subdivisio LII. Exosporium tenerum, lacunoso-perforatum, lacunulis angulosis et parenchymatice conjunctis.

388. Corpus late semiellipticum, marginibus subundulatis. Exosporium lacunoso-perforatum, lacunulis in seriebus dispositis angulosis.

Long. 0,05 mm. Lat. 0,042 mm. (Tab. XXIX. fig. 155). Zwickau.

389. Corpus regulariter semiellipticum, marginibus undulato-crenatis. Exosporium regulariter lacunoso-perforatum, lacunulis angulosis, diametro $^1/_{12}$ diametri transversalis.

Long. 0,087 mm. Lat. 0,059 mm. (Tab. XXIX. fig. 156). Malowka.

390. Corpus regulariter semiellipticum, marginibus denticulatis. Exosporium regulariter lacunoso-perforatum, lacunulis angulosis in angulis apiculatis, diametro $^1/_8$ diametri transversalis.

Long. 0,091 mm. Lat. 0,056 mm. (Tab. XXXIX. fig. 156. A). Zwickau.

391. Corpus semiovato-ellipticum marginibus integerrimis. Exosporium crassiusculum, regulariter lacunoso-perforatum, lacunulis angulosis, in angulis nudis, diametro $^1/_{12}$ diametri transversalis.

Long. 0,11 mm. Lat. 0,088 mm. (Tab. XXXIX. fig. 156. B). Zwickau.

Subdivisio LIII. Exosporium aequaliter incrassatum, membranaceum, homogeneum, glaberrimum.

392. Corpus regulariter semiellipticum. Exosporium $^1/_4$ nuclei diametri transversalis. Nucleus lacunoso-punctulatus. Fissurae concentricae.

Long. 0,087 mm. Lat. 0,069 mm. (Tab. XXIX. fig. 158). „Blätterkohle."

393. Corpus irregulariter semiellipticum. Exosporium inaequaliter incrassatum usque $^1/_2$ diametri transversalis nuclei crassum. Nucleus punctulatus, fissuris imperfecte evolutis.

Long. 0,078 mm. Lat. 0,053 mm. Long. nucl. 0,05 mm. (Tab. XXXIX. fig. 163. B). „Blätterkohle."

394. Triletes, in singulo idemque imperfecto sed determinabili Specimine observatus, hoc loco est ponendus.

Corpus regulariter? semiellipticum. Exosporium membranaceum inaequaliter incrassatum, in angulis $^2/_3$ diametri longitudinalis. Nucleus regulariter semiellipticus.

Long. 0,48 mm. Lat. 0,181 mm. Nucl. Long. 0,138 mm. Lat. 0,129 mm. (Tab. XLIX. fig. 158. B. magn. $^1/_1$). In carbone compacta. Lewino.

Subdivisio LIV. Exosporium incrassatum, $^1/_3$—$^1/_4$ diametri transversalis nuclei, plus minusve regulariter circumscriptum, granulosum et granuloso-verruculosum.

395. Corpus et nucleus regulariter semiellipticum. Exosporium $^1/_3$—$^1/_4$ diametri transversalis nuclei, verruculoso-exasperatum. Nucleus punctulatus.

Long. 0,125 mm. Lat. 0,084 mm. Nucl. Long. 0,084 mm. Lat. 0,053 mm. (Tab. XXIX. fig. 162). Metschowk. Saepissime occurrunt in superficie parasitulae.

396. Corpus et nucleus regulariter semiellipticum. Exosporium $^1/_3$ diametri transversalis nuclei granulato-exasperatum. Nucleus indistinctius inaequaliter divisus.

Long. 0,075 mm. Lat. 0,053 mm. Nucl. Long. 0,05 mm. Lat. 0,028 mm. (Tab. XXIX. fig. 161). Zwickau.

397. Corpus et nucleus irregulariter semiellipticum. Exosporium in angulis crassius, punctulato-granulatum. Nucleus indistincte divisus.

Long. 0,069 mm. Lat. 0,031 mm. (Tab. XXIX. fig. 160). Metschowk.

Formam huc pono, nucleo imperfecte semielliptico et indistinctius diviso, Exosporio $^1/_2$ diametri transversalis nuclei crasso. Long. 0,059 mm. Lat. 0,039 mm. (Tab. XXIX. fig. 157).

398. Corpus et nucleus irregulariter semiellipticum. Exosporium inaequaliter incrassatum, densius verruculosum. Nucleus verruculosus indistincte divisus.

Long. 0,115 mm. Lat. 0,081 mm. Nucl. Long. 0,078 mm. Lat. 0,053 mm. (Tab. XXIX. fig. 163). Malowka.

399. Corpus et nucleus irregulariter semiellipticum. Exosporium inaequaliter incrassatum, furfuraceo-granulatum. Nucleus excentricus granulatus, fissuris distinctis.

Long. 0,126 mm. Lat. 0,087 mm. Nucl. Long. 0,056 mm. Lat. 0,05 mm. (Tab. XXIX. fig. 164). Metschowk, Malowka.

400. Corpus et nucleus regulariter semiellipticum. Exosporium inaequaliter incrassatum, marginibus crenato-denticulatis, et interna parte verruculis in seriebus concentricis dispositis exasperata, angulis angulosis, acutiusculis. Nucleus verruculoso-granulatus, fissuris latioribus longioribus.

Long. 0,087 mm. Lat. 0,066 mm. Nucl. Long. 0,059 mm. Lat. 0,042 mm. (Tab. XXXIX. fig. 161. A). Zwickau.

Subdivisio LV. Exosporium aequaliter incrassatum, verruculis obtectum.

401. Corpus et nucleus regulariter semiellipticum. Exosporium inaequaliter incrassatum, verruculis acutiusculis obtectum, $^2/_3$ diametri transversalis. Nucleus fissuris regularibus.

Long. 0,056 mm. Lat. 0,042 mm. Nucl. Long. 0,024 mm. Lat. 0,02 mm. (Tab. XXIX. fig. 165). Malowka.

402. Corpus ovato-semiellipticum, marginibus serrulato-dentatis. Exosporium $^1/_4$ diametri transversalis nuclei crassum, margines verrucis acutiusculis obtecti. Nucleus irregulariter divisus.

Long. 0,066 mm. Lat. 0,046 mm. Nucl. Long. 0,053 mm. Lat. 0,025 mm. (Tab. XXIX. fig. 166). Zwickau.

Subdivisio LVI. Exosporium aequaliter incrassatum, $^1/_3$ nuclei diametri crassum, in tota superficie cavernulis angulatis et rotundatis densius impletum.

403. Corpus late ovato-semiellipticum, marginibus serrulato-dentatis. Exosporium usque $^1/_2$ nuclei diametri crassum, cavernulis minoribus impletum.

Long. 0,063 mm. Lat. 0,05 mm. Nucl. Long. 0,042 mm. Lat. 0,025 mm. (Tab. XXIX. fig. 167). Zwickau.

404. Corpus ovato-semiellipticum, marginibus crenulatis. Exosporium cavernulis majoribus rotundatis impletum.

Long. 0,084 mm. Lat. 0,053 mm. (Tab. XXXIX. fig. 156. C). Lewino.

405. Corpus late ovato-semiellipticum. Exosporium cavernulis majoribus angulatis impletum.

Long. 0,056 mm. Lat. 0,05 mm. (Tab. XLIX. fig. 156. F). „Stigmarienkohle."

406. Corpus late ovato-semiellipticum, marginibus crenulatis. Exosporium cavernulis minoribus rotundatis impletum.

Long. 0,046 mm. Lat. 0,035 mm. (Tab. XXIX. fig. 169). „Stigmarienkohle."

407. Corpus late semi-ellipticum, marginibus crenulato-undulatis. Exosporium cavernulis majoribus rotundatis (13is — 15is) impletum.

Long. 0,069 mm. Lat. 0,056 mm. (Tab. XXIX. fig. 168). „Blätterkohle."

Subdivisio LVII. Exosporium aequaliter incrassatum $^1/_2$ nuclei diametri crassum, in marginibus cavernularum serie impletum.

408. Corpus ovato-semiellipticum, marginibus integerrimis. Exosporium cavernulis oblongis latioribus (22is — 25is) impletum. Nucleus lacunosus.

Long. 0,069 mm. Lat. 0,048 mm. Nucl. Long. 0,042 mm. (Tab. XXXIX. fig. 168. A). „Blätterkohle."

409. Corpus late ovato-semiellipticum, marginibus late inciso-crenatis. Exosporium serie singula cavernularum rotundatarum (10um — 13um) impletum. Nucleus fissuris volvatis.

Long. 0,063 mm. Lat. 0,042 mm. (Tab. XL. fig. 172. A). In carbone compacta. Kurakinskije.

410. Corpus late ovato-semiellipticum, marginibus crenato-dentatis. Exosporium serie singula cavernularum oblongarum (23um — 25um) impletum. Nucleus granulatus indumento granulato involutus.

Long. 0,056 mm. Lat. 0,029 mm. Nucl. Long. 0,029 mm. (Tab. XLIII. fig. 168. B). „Stigmarienkohle."

Subdivisio LVIII. Exosporium aequaliter incrassatum, subtiliter laminosum.

411. Corpus late ovato-semiellipticum. Exosporium subtiliter laminosum. Nucleus verruculosus, fissuris dupliciter tripartitis.

Long. 0,105 mm. Lat. 0,066 mm. Nucl. Long. 0,065 mm. (Tab. XXXI. fig. 202). Bexbach (Bavaria Rhen.).

412. Corpus irregulariter ovato-semiellipticum, marginibus integerrimis. Exosporium homogeneum, subtiliter laminosum. Nucleus fissuris et margine interiore late volvatis.

Long. 0,36 mm. Lat. 0,294 mm. Nucl. Long. 0,185 mm. Lat. 0,125 mm. (Tab. XLIII. fig. 164. A).

413. Corpus irregulariter late ovato-semiellipticum, marginibus subundatis. Exosporium subtiliter laminosum granulatum. Nucleus indistincte divisus.

Long. 0,087 mm. Lat. 0,078 mm. Nucl. Long. 0,059 mm. (Tab. XXXIX. fig. 163. A). Zwickau.

Subdivisio LIX. Exosporium aequaliter incrassatum, marginibus imperfecte incisis.

414. Corpus late ovato-semiellipticum. Exosporium $^2/_3$ diametri transversalis nuclei crassum, marginibus inaequaliter lobulatis. Nucleus fissuris irregularibus, granulatus.

Long. 0,063 mm. Lat. 0,05 mm. Nucl. Long. 0,035 mm. (Tab. XL. fig. 174. A). Zwickau.

415. Corpus regulariter semiellipticum, marginibus late inciso crenatis. Exosporium $^1/_2$ diametri transversalis nuclei, glaberrimum in lobulos subaequales (10os — 11os) imperfectius divisum. Nucleus fissuris regularibus late volvatis.

Long. 0,115 mm. Lat. 0,077 mm. Nucl. Long. 0,063 mm. Lat. 0,043 mm. (Tab. XXXIX. fig. 158. A). „Stigmarienkohle.“

416. Corpus irregulariter late ovato-semiellipticum, marginibus in lobulos distinctiores complures inaequaliter divisis. Exosporium $^1/_2$ diametri nuclei crassum, introrsum subtiliter laminosum. Nucleus marginibus emarginatis, fissuris irregularibus.

Long. 0,069 mm. Lat. 0,066 mm. Nucl. Long. 0,039 mm. (Tab. XXIX. fig. 174). Malowka.

Subdivisio LX. Exosporium subaequaliter incrassatum, usque $^1/_2$ diametri transversalis nuclei crassum. Nucleus lamina granulosa et lacunulosa, extrorsum marginibus irregulariter exciso-dentatis limitata involuta.

417. Corpus subregulariter late ovato-semiellipticum, marginibus irregulariter subundatis. Exosporium glaberrimum. Lamina nucleum involvens usque $^1/_3$ Exosporii crassitudinis. Nucleus verruculosus, fissuris excentricis, marginibus volvatis.

Long. 0,16 mm. Lat. 0,125 mm. Nucl. Long. 0,084 mm. Lat. 0,066 mm. (Tab. XXXIX. fig. 173. A). Stigmarienkohle.

Subdivisio LXI. Exosporium aequaliter incrassatum, homogeneum, $^1/_2$ diametri transversalis nuclei crassum. Nucleus lamina, ex serie singula granulorum minutissimorum moniliforme juxta positorum formata, involutus et de Exosporio sejunctus.

† Exosporium glaberrimum.

418. Corpus ovato-semiellipticum. Exosporium homogeneum. Lamina granulorum de nuclei indumento sejuncta.

Long. 0,039 mm. Lat. 0,025 mm. (Tab. XXIX. fig. 159). „Stigmarienkohle.“

419. Corpus semiellipticum. Exosporium glaberrimum. Lamina granulorum breviter pedicellatorum cum indumento nuclei conjuncta. Nucleus punctulatus.

Long. 0,053 mm. Lat. 0,03 mm. Nucl. Long. 0,024 mm. (Tab. XLIII. fig. 159. A). Stigmarienkohle.“

†† Exosporium singulis nodulis obtectum aut verruculosum.

420. Corpus irregulariter late ovato-semiellipticum, margine singulis nodulis. Lamina granulorum breviter pedicellatorum cum indumento nuclei conjuncta.

Long. 0,042 mm. Lat. 0,031 mm. Nucl. Long. 0,024 mm. (Tab. XXXIX. fig. 164. A). Zwickau.

421. Corpus semiellipticum. Exosporium homogeneum, margine et superficie verruculis obtectum. Granula de nuclei indumento sejuncta. Nucleus punctulatus.

Long. 0,053 mm. Lat. 0,031 mm. Nucl. Long. 0,031 mm. (Tab. XLIII. fig. 159. B). „Stigmarienkohle.“

Subdivisio LXII. Exosporium usque $^1/_2$ diametri transversalis nuclei crassum. Nucleus lamina, ex serie singula granulorum majorum moniliforme juxta positorum formata, involutus.

422. Corpus late semiellipticum. Exosporium marginibus singulis verruculis obtectum. Granula globuliformia dense juxta posita nucleo insidentia.

Long. 0,063 mm. Lat. 0,051 mm. Nucl. Long. 0,039 mm. Lat. 0,028 mm. (Tab. XLIX. fig. 173. A). „Stigmarienkohle.“

Subdivisio LXIII. Exosporium aequaliter incrassatum, $^1/_2$ diametri transversalis nuclei crassum, interna pars ex lamina, cavernulis prolongatis juxta positis dense repletis, formata.

423. Corpus semiellipticum, marginibus subrepandis. Lamina cavernulorum $^1/_2$ Exosporii crassitudinis paulo magis. Nucleus punctulatus, fissuris apertis.

Long. 0,063 mm. Lat. 0,039 mm. Nucl. Long. 0,039 mm. (Tab. XXIX. fig. 173). Malowka.

Subdivisio LXIV. Exosporium aequaliter incrassatum, $^1/_2$ nuclei diametri transversalis crassum, cum tota superficie marginulis longitudinalibus dentato serratis circumclusa.

424. Corpus regulariter semiellipticum. Nucleus punctulatus.

Long. 0,039 mm. Lat. 0,021 mm. Nucl. Long. 0,022 mm. (Tab. XXXIX. fig. 166. A. Tab. XLIII. fig. 152. B). „Stigmarienkohle" in carbone compacta. Metschowk.

Subdivisio LXV. Exosporium aequaliter incrassatum, superficie tota volvis prominentibus parenchymatice inter se conjunctis et areolis angulis disjunctis inducta.

425. Volvae prominentes in angulis areolarum cum substantia paulo producta in conulos breves terminantes.

Long. 0,095 mm. Lat. 0,059 mm. (Tab. XLIII. fig. 156. D). Metschowk.

Subdivisio LXVI. Exosporium aequaliter incrassatum $^1/_2$ diametri transversalis nuclei crassum, verrucis crassis, subconicis obtectum.

426. Exosporium marginibus 9is — 10is verrucis obtectum.

Long. 0,105 mm. Lat. 0,078 mm. (Tab. XXIX. fig. 170). Metschowk.

427. Exosporium marginibus 14is — 16is verrucis obtectum.

Long. 0,055 mm. Lat. 0,039 mm. (Tab. XLIII. fig. 174. B.) Metschowk.

Subdivisio LXVII. Exosporium inaequaliter incrassatum, inhomogeneum, irregulariter laminosum, et in lobulos irregulares subdivisum, usque $^1/_2$ nuclei diametri transversalis crassum.

428. Exosporium irregulariter lobulatum, lobulis verruculoso-exasperatis, de substantia interne separatis. Nucleus fissuris late volvatis.

Long. 0,133 mm. Lat. 0,078 mm. (Tab. XLIV. fig. 170. A). „Stigmarienkohle."

429. Exosporium irregulariter incrassatum et lobulatum, substantia interna irregulariter laminosa et cavernulis compluribus repleta.

Long. 0,148 mm. Lat. 0,115 mm. Nucl. Long. 0,081 mm. Lat. 0,063 mm. (Tab. XLIII. fig. 163. D).

Subdivisio LXVIII. Exosporium incrassatum, $^1/_2$—$^1/_4$ diametri transversalis nuclei crassum, volvis latis obtectum, aut superficiem totam aut nucleum inducentibus.

† Volvis latis Nucleum inducentibus.

430. Corpus irregulariter semiellipticum, marginibus undatis. Exosporium $^1/_2$ nuclei diametri transversalis crassum, bilaminosum. Nucleus volvis recurvis latis inductus.

Long. 0,078 mm. Lat. 0,056 mm. Nucl. Long. 0,057 mm. (Tab. XLIII. fig. 172. C). Kurakinskije.

431. Corpus regulariter semiellipticum. Exosporium $^1/_4$ diametri transversalis nuclei crassum, subtiliter punctulato-lamellosum. Nucleus volvis latis recurvis inductus.

Long. 0,095 mm. Lat. 0,078 mm. Nucl. Long. 0,063 mm. Lat. 0,057 mm. (Tab. XLIII. fig. 171. E). Zwickau.

432. Corpus irregulariter semiellipticum marginibus subundatis. Exosporium $^1/_2$ nuclei diametri transversalis crassum, interna pars granulata et de exteriore parte distincte separata. Nucleus granulatus volvis latis recurvis inductus.

Long. 0,1 mm. Lat. 0,066 mm. Nucl. Long. 0,063 mm. Lat. 0,046 mm. (Tab. XLIII. fig. 171. D). „Blätterkohle"

433. Corpus regulariter semiellipticum. Exosporium $^1/_4$ diametri transversalis nuclei crassum, homogeneum. Nucleus granulosus, volvis compluribus latis longitudinaliter inductus.

Long. 0,125 mm. Lat. 0,082 mm. Nucl. Long. 0,01 mm. Lat. 0,059 mm. (Tab. XLIII. fig. 163. C). Zwickau, inter aliis Triletibus.

†† Volvis latis et Exosporium et Nucleum inducentibus.

434. Corpus irregulariter semiellipticum marginibus undatis. Exosporium 1/2 nuclei diametri transversalis crassum et nucleus granulosus volvis 3 is—4 is latis inductum.

Long. 0,078 mm. Lat. 0,056 mm. Nucl. Long. 0,05 mm. Lat. 0,031 mm. (Tab. XXIX. fig. 172). Malowka.

435. Corpus usque fere ovato-ellipticum, marginibus undatis. Exosporium et nucleus volvis 5 is—6 is latis inductum.

Long. 0,046 mm. Lat. 0,039. mm. Nucl. Long. 0,031 mm. (Tab. XLIII. fig. 171. F). Metschowk.

436. Corpus irregulariter semiellipticum. Exosporium et nucleus prominentibus volviformibus 3 is latissimis inductum.

Long. 0,059 mm. Lat. 0,028 mm. (Tab. XXIX. fig. 171). „Stigmarienkohle."

437. Corpus late semiellipticum, marginibus undatis. Exosporium 1/3 nuclei diametri transversalis crassum, et nucleus volvis latis 4 is—5 is rotundatis inductum.

Long. 0,075 mm. Lat. 0,059 mm. Nucl. Long. 0,053 mm. Lat. 0,042 mm. (Tab. XL. fig. 171. C). „Stigmarienkohle." In carbone compacta. Kurakinskije.

438. Corpus late semiellipticum. Exosporium inaequaliter incrassatum, usque 1/2 nuclei diametri transversalis crassum, et nucleus volvis indistinctioribus 2 is aut 3 is inductum.

Long. 0,053 mm. Lat. 0,046 mm. (Tab. XXXIX. fig. 171. A). „Blätterkohle."

Subdivisio LXIX. Exosporium incrassatum, lacunis regularibus aut irregulariter limitatis perforatum, et prominentiis volviformibus aut verruciformibus obtectum.

439. Corpus semiellipticum, marginibus crenato undulatis. Exosporium et nucleus prominentiis volviformibus triangulatim dispositis obtectum. Fissurae regulariter dispositae a volvis perfossae.

Long. 0,066 mm. Lat. 0,059 mm. (Tab. XL. fig. 171. B). Zwickau.

Subtribus III. Nucleus ellipticus.

Subdivisio LXX. Exosporium tenerrimum glaberrimum 1/15—1/50 diametri transversalis corporis; Nucleus punctulatus et verruculoso-granulatus.

† Formae minores.

440. Corpus regulariter ellipticum, nucleo granulato, fissuris tenuissimis, Exosporio tenuissimo.

Long. 0,059 mm. Lat. 0,05 mm. (Tab. XL. fig. 175 C.). Zwickau.

441. Corpus regulariter ellipticum, nucleo subtiliter punctulato, fissuris tenuissimis, Exosporio tenuissimo.

Long. 0,053 mm. Lat. 0,042 mm. (Tab. XL. fig. 175 B.). Zwickau.

442. Corpus regulariter ellipticum, nucleo granulato-punctulato, fissuris in centro corporis positis brevioribus usque 1/2 diametri corporis longis, marginibus volvatis.

Long. 0,095 mm. Lat. 0,077 mm. (Tab. XXX. fig. 175). Zwickau.

443. Corpus regulariter ellipticum, nucleo inaequaliter verruculoso-granulato, fissuris brevioribus extra centrum corporis positis marginibus volvatis, Exosporio crassiusculo, 1/15 corporis diametri transversalis.

Long. 0,059 mm. Lat. 0,053 mm. (Tab. XLI. fig. 178. E.). Zwickau.

444. Corpus irregulariter ellipticum, saepius plicatum, Exosporio crassiusculo, Nucleo punctulato, fissuris subtilioribus.

Long. 0,069 mm. Lat. 0,05 mm. (Tab. XL. fig. 175. A.). Zwickau.

†† Formae magnae.

445. Corpus regulariter ovato ellipticum, Exosporio crassiusculo, $^1/_{28}$ corporis diametri transversalis crasso, subhomogeneo, in polo singulo incrassato et paulo rostriformiter producto, Nucleo granuloso-verruculoso et fissuris longioribus regulariter triangulatim e centro positis, marginibus latē volvatis.

Maxima forma Triletum ellipticorum.

Long. 1,11 mm. Lat. 0,827 mm. Exospor. 0,028 mm. Long. fissur. 0,33 mm. (Tab. XLIV. fig. 176. E.). Specimen horizontaliter dissectum magn. $^1/_2$). In carbone laminosa. Bexbach (Bavaria Rhen.). In planitiebus fissis carbonis compactae apparent impressiones circulares nudis oculis bene discernendae. Disculi minutuli per scalpellum facile disjungi possunt de carbone et sicut lamina lapidosa in tabula vitrea praeparari possunt ad assequendas sectiones microscopicas.

446. Corpus regulariter ovato-ellipticum, polo singulo paulo attenuato, Exosporio crassiusculo, $^1/_{36}$ corporis diametri transversalis crasso, subhomogeneo, Nucleo granuloso-verruloso et fissuris inaequalibus, extra centrum corporis decurrentibus, late volvatis.

Long. 0,508 mm. Lat. 0,405 mm. Exospor. 0,017 mm. ((Tab. XXX. fig. 176. Specimen naturale ex carbone compacta dissolutione cum kalio caustico acceptum. Magn. $^1/_1$). „Devonische Kohle.“ In carbone laminosa a Bexbach inveniuntur Specimina, quae exacte congruunt in magnitudine ac structura cum Speciminibus formationis Rossiae.

447. Corpus regulariter ovato-ellipticum, polo singulo paulo attenuato, Exosporio crassiusculo, $^1/_{36}$ corporis diametri transversalis crasso, ex binis laminis composito, Nucleo granuloso-verruculoso et fissuris subaequalibus, late volvatis.

Long. 0,527 mm. Lat. 0,430 mm. Exosp. 0,014 mm. (Tab. XL. fig. 176 A.). Specimen horizontaliter percussum. Magn. $^1/_1$). In vena carbonis, substantia clastica immixta. Zwickau. Specimina in „Devonische Kohle“ maxime consentiunt in structura. Long. 0,495 mm. Lat. 0,384 mm.

448. Corpus regulariter ovato-ellipticus, Exosporio tenuissimo, $^1/_{68}$ corporis diametri transversalis crasso, ex lamine singulo composito, Nucleo et Exosporio subtiliter verruculoso, fissuris insymmetrice positis, marginibus late volvatis.

Long. 0,59 mm. Lat. 0,496 mm. Exospor. 0,007 mm. (Tab. XLIV. fig. 176. F). Specimen in polo incompletum. Magn. $^1/_2$ fig. a. Exosporii pars major aucta. „Devonische Kohle.“

Subdivisio LXXI. Exosporium tenerrimum, $^1/_{20}$ corporis diametri transversalis crassum. Nucleus verruculosus.

† Nucleus singulis verruculis dispersis.

449. Corpus regulariter ellipticum, Exosporio singulis verruculis dispersis, Nucleo punctulato, fissuris regularibus.

Long. 0,039 mm. Lat. 0,031 mm. (Tab. XLIII. fig. 177. B). Zwickau.

450. Corpus regulariter ellipticum, Exosporio et Nucleo singulis verruculis dispersis.

Long. 0,031 mm. Lat. 0,024 mm. (Tab. XXX. fig. 177). Zwickau. In carbone compacta. Kurakinskije.

451. Corpus regulariter ellipticum, Exosporio et Nucleo singulis verruculis dispersis.

Long. 0,020 – 0,022 mm. (Tab. XLIII. fig. 177. A).

†† Nucleus et Exosporium densius verruculosum.

452. Corpus regulariter ellipticum; Exosporio et Nucleo densius verruculis obtecto.

Long. 0,039 mm. Lat. 0,031 mm. (Tab. XXX. fig. 178). In carbone compacta. Kurakinskije.

453. Corpus regulariter ellipticum, Exosporio et Nucleo granulis densius obtecto.

Long. 0,05 mm. Lat. 0,042 mm. (Tab. XLIV. fig. 178. F. fig. a. Exosporii pars major aucta). Lewino.

453. A. Corpus regulariter ovato-ellipticum, Exosporio et Nucleo verruculis rotundatis dense obtecto.

Long. 0,053 mm. Lat. 0,042 mm. (Tab. XLIV. fig. 178. G. fig. a. Exosporii pars major aucta). „Stigmariankohle.“

Subdivisio LXXII. Exosporium tenerrimum, spinulis gracilioribus densius obtectum.

454. Corpus regulariter ellipticum, Exosporio et nucleo spinulis subtilioribus densius obtecto.

Long. 0,025 mm. Lat. 0,022 mm. (Tab. XLIX. C. fig. 178. G). Malowka.

455. Corpus regulariter ellipticum, Exosporio et nucleo spinulis acutis laxius positis obtecto.

Long. 0,052 mm. Lat. 0,046 mm. (Tab. XLIV. fig. 177. C). Lewino.

Subdivisio LXXIII. Exosporium subincrassatum, $^1/_{16}$—$^1/_{18}$ corporis diametri transversalis crassum, cum nucleo verrucis densissime obtectum.

456. Corpus regulariter ellipticum, verrucis rotundatis minoribus, breviter cylindraceis, densissime obtectum. Fissurae excentrice positae, breviores.

Long. 0,075 mm. Lat. 0,066 mm. (Tab. XLV. fig. 180. H. fig. a. Exosporii pars cum nucleo major aucta). „Stigmarienkohle.“

457. Corpus regulariter ellipticum, verrucis rotundatis latioribus subconicis in seriebus parallelis dispositis densissime obtectum.

Long. 0,063 mm. Lat. 0,056 mm. (Tab. XLV. fig. 180. I). Stigmarienkohle et in carbone compacta. Metschowk.

458. Corpus regulariter ellipticum, verrucis rotundatis latioribus subconicis in seriebus parallelis dispositis densissime obtectum.

Long. 0,084 mm. Lat. 0,066 mm. (Tab. XLV. fig. 180. F). „Stigmarienkohle.“

Subdivisio LXXIV. Exosporium subincrassatum, subtiliter laminosum. Superficies Exosporii est divisa in areolas binas inaequales per prominentiam liniiformem in axi longitudinali Corporis decurrentem. Lamina interna areolae majoris et prominentiae lamina externa cum serie singula granulorum oblongorum denticuliforme juxta positorum ornata.

459. Corpus regulariter ovato ellipticum, polis paulo altenuatis. Fissurae excentrice positae de laminis interioribus discessis de laminis exterioribus Exosporii limitantur.

Long. 0,129 mm. Lat. 0,11 mm. (Tab. XLIII. fig. 154. A). „Stigmarienkohle.“

Subdivisio LXXV. Exosporium subincrassatum, ex laminis binis compositum. Lamina interna reticulato-lacunoso perforato, lamina externa homogenea.

460. Corpus ovato-ellipticum, polis late rotundatis. Lamina externa Exosporii $^1/_{16}$ corporis diametri transversalis crassa, lamina interna lacunulis irregulariter limitatis cribrose perforata. Fissurae in centro corporis positae marginibus undato-volvatis.

Long. 0,11 mm. Lat. 0,084 mm. (Tab. XLIII. fig. 156. E). „Devonische Kohle.“

Subdivisio LXXVI. Exosporium subincrassatum, prominentiis volviformibus parenchymatico-reticulari cohaerentibus obtectum.

461. Corpus regulariter ovato-ellipticum, marginibus dispersis nodulis latis. Anguli areolarum latarum rectangularum in conulos breves producti.

Long. 0,087 mm. Lat. 0,069 mm. (Tab. XLV. fig. 180. E). Metschowk.

462. Corpus ovoideo-ellipticum, marginibus crenulatis. Substantia inter areolas rotundatas minores in conulos breves producta.

Long. 0,056 mm. Lat. 0,046 mm. (Tab. XLIV. fig. 118. D). Metschowk.

Subdivisio LXXVII. Exosporium subincrassatum, $^1/_{14}$—$^1/_{50}$ corporis diametri transversalis crassum, lacunosum perforatum, lacunulis majoribus et minoribus rotundatis.

† Exosporium lacunulis minoribus perforatum.

463. Corpus regulariter ovali-ellipticum, marginibus crenulato undulatis. Exosporii tota superficies lacunulis rotundatis perforata. Fissurae tenerrimae.

Long. 0,091 mm. Lat. 0,078 mm. (Tab. XL. fig. 175. D). Zwickau.

464. Corpus ovato, ellipticum, polis obtusis, usque fere subrectangulare, marginibus subundulatis. Exosporii superficies subtiliter perforato- lacunosa et verruculosa.

Long. 0,066 mm. Lat 0,046 mm. (Tab. XL. fig. 178. C). „Blätterkohle.“

465. Corpus regulariter late ovato-ellipticum, marginibus integerrimis. Exosporii bilamellosi tota superficies lacunulis rotundatis perforata. Fissurae tenerrimae.

Diam. 0,164 mm. Lat. 0,145 mm. (Tab. XLI. fig. 176. D). Zwickau.

†† Exosporium lacunulis majoribus subangulosis perforatum.

466. Corpus regulariter late ovato-ellipticum marginibus integerrimis. Exosporium canaliculis supra lacunas cylindraceis usque ad superficiem exteriorem apertis cribrose perforatum. Lacunulae majores subrotundatae. Fissurae extra centrum corporis positae apertae, et marginibus latius volvatis.

Long. 0,157 mm. Lat. 0,135 mm. (Tab. XLI. fig. 180. A). In carbone compacta. Kurakinskije.

467. Corpus late ovato-ellipticum, marginibus crenato-undulatis. Exosporium lacunis majoribus angulosis perforatum. Fissurae in centro corporis positae usque ad margines pertinentes, ab areolis superficieis intersectae.

Long. 0,088 mm. Lat. 0,079 mm. (Tab. XXX. fig. 180). In carbone compacta. Lewino.

468. Corpus late ovato-ellipticum, marginibus undatis. Exosporium $^1/_{10}$ diametri transversalis crassum, homogeneum, superficies interna lacunulis majoribus subangulatis perforata.

Long. 0,047 mm. Lat. 0,035 mm. (Tab. XLIV. fig. 180. B). Metschowk.

Subdivisio LXXVIII. Exosporium aequaliter incrassatum, $^1/_5$—$^1/_{16}$ corporis diametri transversalis crassum, homogeneum, integerrimum. Formae majores.

† Exosporium $^1/_{12}$—$^1/_{16}$ corporis diametri transversalis crassum.

469. Corpus irregulariter late ovato-ellipticum. Exosporium $^1/_{12}$ diametri transversalis corporis crassum, subtiliter punctulatum; fissuris excentrice positis brevioribus.

Long. 0,078 mm. Lat. 0,05 mm. (Tab. XL. fig. 178. A). Specimen parasitulis globuliformibus obtectum). Zwickau.

470. Corpus regulariter late ovato-ellipticum. Exosporium $^1/_{16}$ corporis diametri transversalis crassum, tota superficies grossius verruculosa. Fissurae in centro dispositae, saepius late apertae.

Long. 0,135 mm. Lat. 0,115 mm. (Tab. XLV. fig. 189. B). Zwickau. In carbone laminosa.

471. Corpus ovato-ellipticum. Exosporium $^1/_{10}$ diametri transversalis corporis crassum, exasperatum. Fissurae in Centro dispositae, breviores, volvatae.

Long. 0,138 mm. Lat. 0,115 mm. (Tab. XLI. fig. 191. A). Zwickau.

†† Exosporium $^1/_5$—$^1/_{10}$ corporis diametri transversalis crassum.

472. Corpus ovato-ellipticum Exosporio punctulato, Nucleo verruculoso, fissuris excentricis longioribus, volvatis.

Long. 0,118 mm. Lat. 0,091 mm. (Tab. XLI. fig. 189. A). Zwickau.

473. Corpus late ovato-ellipticum, Exosporio $^1/_8$ corporis diametri transversalis crasso, furfuraceo-verruculoso, Nucleo punctulato fissuris in Centro positis longioribus.

Long. 0,113 mm. Lat. 0,105 mm. (Tab. XXXI. fig. 189). In carbone compacta. Malowka.

474. Corpus irregulariter late ovato-ellipticum, Exosporio $^1/_7$—$^1/_8$ corporis diametri transversalis crasso, glaberimo et homogeneo, Nucleo granulato, fissuris concentricis?,

Long. 0,129 mm. Lat. 0,115 mm. Nucl. Long. 0,075 mm. Lat. 0,066 mm. (Tab. XLVI. fig. 189. A. e latere inferiore). Stigmarienkohle et in carbone a Malowka.

475. Corpus late ovato-ellipticum, Exosporio homogeneo verruculoso, $^1/_5$—$^1/_6$ diametri transversalis corporis crasso, Nucleo granulato-exasperato, fissuris excentrice positis.

Long. 0,138 mm. Lat. 0,115 mm. Nucl. Long 0,087 mm. Lat. 0,066 mm. (Tab. XXXI. fig. 190). Malowka.

475 A. Corpus late ovato-ellipticum, Exosporio homogeneo, glabro, $^1/_5$ diametri transversalis corporis crasso.

Long. 0,066 mm. Lat. 0,05 mm. Nucl. Long. 0,031 mm. (Tab. XXXI. fig. 187). ibidem.

476. Corpus late ovato-ellipticum, Exosporio subhomogeneo et indistincter sublamelloso, polo singulo paulo attenuato, granulato-exasperato, Nucleo exasperato, fissuris subcentricis.

Long. 0,132 - 0,14 mm. Lat. 0,105—0,11 mm. Nucl. Long. 0,1. Lat. 0,069 mm. (Tab. XXXI. fig. 191) forma corpore paulo graciliore Nucl. Long. 0,1. Lat. 0,062 mm. In carbone compacta. Malowka.

†† Exosporium $^1/_8$—$^1/_{10}$ corporis diametri transversalis crassum. Fissurae marginibus volvatis.

477. Corpus regulariter ovato-ellipticum. Exosporium homogeneum, glaberrimum. Nucleus glaberrimus et subtiliter punctulatus, fissuris centricis longioribus, in centro apertis, marginibus latius volvatis.

Long. 0,125 mm. Lat. 0,115 mm. Nucl. Long. 0,105 mm. Lat. 0,091 mm. Zwickau.

478. Corpus irregulariter ovato-ellipticum. Exosporium $^1/_9$—$^1/_{10}$ corporis diametri crassum, granulato-verruculosum sicut Nucleus. Fissurae excentrice positae volvatae.

Long. 0,075 mm. Lat. 0,069 mm. (Tab. XL. fig. 176 c). Zwickau. Incertum hanc formam esse connectam an non cum forma quadam exacte circulari, vulgarissime in carbone laminosa Saxonica, iisdem dimensionibus.

Subdivisio LXXIX. Exosporium inaequaliter incrassatum, $^1/_4$—$^1/_9$ integerrimum corporis diametri transversalis crassum, homogeneum.

479. Corpus late ovato-ellipticum, Exosporio inaequaliter crasso, $^1/_5$—$^1/_9$ corporis diametri transversalis crasso, glaberrimo et punctulato. Nucleus punctulatus, fissuris excentricis.

Long. 0,1 mm. Lat. 0,063 mm. (Tab. XXX. fig. 182). „Devonische Kohle."

480. Corpus irregulariter semi-ellipticum, Exosporio inaequaliter crasso ($^1/_2$—$^1/_6$ diametri transversalis), Nucleus regulariter ovato-ellipticus punctulatus, fissuris inaequalibus.

Long. 0,113 mm. Lat. 0,069 mm. Nucl. Long. 0,047 mm. Lat. 0,035 mm. (Tab. XXX. fig. 183). Malowka.

481. Corpus anguste ovato-ellipticum. Exosporium subaequaliter crassum ($^1/_3$—$^1/_4$ diametri transversalis corporis), glaberrimum indumento crassiusculo; Nucleus irregulariter ovato ellipticus granulatus, fissuris indistinctioribus.

Long. 0,524 mm. Lat. 0,26 mm. Nucl. Long. 0,25 mm. Lat. 0,11 mm. Indument. Exosp. 0,007 mm. (Tab. XXX. fig. 135. Magn. $^1/_1$). „Stigmarienkohle."

482. Corpus irregulariter semi-ellipticum. Exosporium inaequaliter crassum ($^1/_3$—$^1/_5$ diametri transversalis corporis), glaberrimum. Nucleus regulariter ovato-ellipticus, punctulatus, fissuris centricis.

Long. 0,439 mm. Lat. 0,293 mm. Nucl. Long. 0,23 mm. Lat. 0,132 mm. (Tab. XLV. fig. 183. A. Magn. $^1/_1$). Metschowk.

483. Corpus inaequaliter ovato-ellipticum. Exosporium $^1/_3$—$^1/_4$ diametri transversalis corporis crassum glaberrimum. Nucleus ovatus granulatus.

Long. 0,031 mm. Lat. 0,02 mm. Nucl. Long. 0,01 mm. (Tab. XLI. fig. 187. A). Zwickau.

Subdivisio LXXX. Exosporium crasissimum, aequaliter incrassatum, $^1/_2$—$^1/_3$ diametri transversalis corporis crassum, homogeneum, integerrimum. Formae majores.

484. Corpus regulariter ovato-ellipticum. Exosporium dense granuloso-lacunulosum, marginibus, irregulariter undulatis. Nucleus regulariter ovato-ellipticus, granulatus, fissuris centralibus.

Long. 0,115 mm. Lat. 0,084 mm. Nucl. Long. 0,039 mm. Lat. 0,031 mm. (Tab. XXX. fig. 186). Lewino.

485. Corpus ovato-ellipticum, marginibus undatis. Nucleus late ovato-ellipticum subtiliter punctulatus, fissuris distinctis, centricis. Exosporium lacunoso-verruculosum, extrorsum distinctius dupliciter conturatum.

Long. 0,125 mm. Lat. 0,078 mm. Nucl. Long. 0,039 mm. Lat. 0,035 mm. (Tab. XXX. fig. 184). Bexbach. (Bavaria Rhen.).

Subdivisio LXXXI. Exosporium aequaliter incrassatum, plusminusve lobulato-divisum, $^1/_4$—$^1/_6$ diametri transversalis corporis crassum. Formae majores.

486. Corpus ovato-ellipticum, marginibus undato-incisis. Exosporium $^1/_4$ diametri transversalis corporis crassum, imperfectius lobulato-divisum, inhomogeneum, lacunulis et cavernulis centraliter positis impletum. Nucleus regulariter ovato-ellipticus fissuris centralibus.

Long. 0,125 mm. Lat. 0,11 mm. Nucl. Long. 0,066 mm. Lat. 0,053 mm. (Tab. XXXII. fig. 208). Forma vulgatissima in carbone compacta a Malowka.

487. Corpus regulariter ovato-ellipticum. Exosporium $^1/_4$ corporis diametri transversalis crassum, usque ad dimidium in lobulos subaequales, 10os — 12os, truncatos, rotundatos, verruculosos divisum, interna pars indistincte punctulato-laminosa. Nucleus regulariter ellipticus, fissuris centralibus.

Long. 0,118 mm. Lat. 0,097 mm. Nucl. Long. 0,066 mm. Lat. 0,047 mm. (Tab. XXXII. fig. 206). Malowka.

488. Corpus irregulariter ovato-ellipticum, singulis lobulis irregularibus. Exosporium homogeneum, glaberrimum (saepe a Leptoideis parasytice infectum), usque $^1/_5$ corporis diametri transversalis crassum. Nucleus regulariter ovato-ellipticus dense granuloso-verruculosus fissuris subregularibus.

Long. 0,129 mm. Lat. 0,105 mm. Nucl. Long. 0,078 mm. Lat. 0,066 mm. (Tab. XLVI fig. 205. A). Specimen Exosporio a Leptoideis (α) infecto. „Stigmarienkohle." Malowka.

489. Corpus irregulariter ovato-ellipticum. Exosporium lobulis irregularibus irregulariter divisum, $^1/_4$—$^1/_5$ diametri transversali corporis crassum; interna pars subhomogenea. Lobuli inaequales, inciso-crenulato-verruculosi. Nucleus regulariter ovato-ellipticus, verruculoso-volvatus.

Long. 0,14 mm. Lat. 0,136 mm. Nucl. Long. 0,091 mm. Lat. 0,075 mm. (Tab. XLV. fig. 207. A). Malowka, Metschowk.

490. Corpus irregulariter ellipticum, marginibus irregulariter incisis. Exosporium $^1/_4$ diametri transversalis corporis crassum, irregulariter grosse lobulatum, lobulis inaequalibus verruculoso-exasperatis, totam superficiem inducentibus. Nucleus regulariter ellipticus verruculosus.

Long. 0,132 mm. Lat. 0,078 mm. Nucl. Long. 0,069 mm. Lat. 0,042 mm. (Tab. XLI. fig. 191. B). Pruckscha, Nowgorod.

491. Corpus irregulariter late ovato-ellipticum, marginibus irregulariter undatis. Exosporium $^1/_7$ diametri transversalis corporis crassum, marginibus profundius emarginato-undatis verruculosis, superficie singulo lobulo prominente. Nucleus irregulariter late ellipticus, fissuris irregularibus.

Long. 0,129 mm. Lat. 0,11 mm. (Tab. XXXII. fig. 206). „Stigmarienkohle."

492. Corpus late ovato-ellipticum, marginibus subregulariter incisis. Exosporium $^1/_7$ diametri transversalis corporis crassum, lobulis 13is — 15is subaequalibus, calloso-verruculosis; interna pars granulosa. Nucleus regulariter ovato-ellipticus fissuris centralibus, superficie lacunoso-punctulata.

Long. 0,132 mm. Lat. 0,11 mm. Nucl. Long. 0,095 mm. Lat. 0,075 mm. (Tab. XXXII. fig. 207). Malowka. „Stigmarienkohle."

Subdivisio LXXXII. Exosporium $^1/_2$—$^1/_3$ diametri transversalis corporis crassum, lobulato-incisum. Formae minores.

493. Corpus usque fere trapezicum, marginibus lateralibus integerrimis, polis dilatatis dupliciter lobulato-incisis. Exosporium in angulis $^1/_2$ diametri transversalis corporis crassum, marginibus integerrimis polis incisis, lobulis subcuneatis inciso-dentatis. Nucleus regulariter ellipticus punctulatus.

Long. 0,05 mm. Lat. 0,035 mm. Nucl. Long. 0,035 mm. Lat. 0,019 mm. (Tab. XLVI. fig. 191. C).

494. Corpus ovato-ellipticum, marginibus inciso-crenatis. Exosporium $^1/_3$ diametri transversalis corporis crassum, marginibus et interna parte lobulato incisis, lobulis marginalibus 19is — 21is integerrimis. Nucleus regulariter ellipticus granulatus fissuris tenuissimis, lamina ex granulis singulis composita velatus.

Long. 0,056 mm. Lat. 0,039 mm. Nucl. Long. 0,02 mm. Lat. 0,017 mm. (Tab. XXXII. fig. 209). Malowka.

Subdivisio LXXXIII. Exosporium incrassatum, $^1/_5$—$^1/_7$ diametri transversalis corporis crassum, in tota superficie verrucis latioribus, aut spinis firmis obtectum. Formae minores.

† Superficies verrucis latioribus, humilioribus obtecta.

495. Corpus regulariter ovato-ellipticum, marginibus regulariter undulato-crenatis. Exosporium in tota superficie (in latere inferiore) verrucis latis seriatim dispositis obtectum.

Long. 0,066 mm. Lat. 0,056 mm. (Tab. XLI. fig. 179. C). Zwickau.

†† Superficies verrucis productis obtecta.

496. Corpus regulariter ellipticum, marginibus profundius undulato-crenatis. Exosporium $^1/_4$ diametri transversalis corporis crassum, in tota superficie (in latere inferiore) verrucis productis seriatim dispositis subconicis, obtectum. Nucleus regulariter ellipticus.

Long. 0,042 mm. Lat. 0,028 mm. Nucl. Long. 0,02 mm. Lat. 0,014 mm. (Tab. XLIV. fig. 181. B). Zwickau.

497. Corpus circulari-ellipticum, marginibus profundius inciso-crenatis. Exosporium $^1/_6$ diametri transversalis corporis crassum, in tota superficie (in latere inferiore) verrucis latis, productis, subconicis, rotundatis obtectum. Nucleus circulari-ellipticus.

Long. 0,069 mm. Lat. 0,063 mm. Nucl. Long. 0,05 mm. Lat. 0,042 mm. (Tab. XXX. fig. 181). In carbone compacta. Malowka.

††† Superficies tota et margines lateris superioris spinis firmis conicis acutis armata.

498. Corpus ovato-ellipticum, marginibus crenato-dentatis. Exosporium $^1/^4$ diametri transversalis corporis crassum, spinis firmis acutis obtectum. Nucleus circulari-ellipticus granulatus, fissuris centralibus.

Long. 0,059 mm. Lat. 0,042 mm. Nucl. Long. 0,025 mm. Lat. 0,02 mm. (Tab. XXX. fig. 181. A). „Stiomarienkohle.“

Subdivisio LXXXIV. Exosporium subincrassatum, $^1/_9 - ^1/_{14}$ diametri transversalis corporis crassum, subtiliter lamellosum, ex lamellis binis-compluribus compositum. Formae minores.

† Exosporium regulariter incrassatum.

499. Corpus regulariter ovali-ellipticum. Exosporium bilamellosum. Nucleus subtiliter punctulatus. fissuris centralibus, marginibus subtiliter volvatis.

Long. 0,042 mm. Lat. 0,035 mm. (Tab. XLI. fig. 178. D). In carbone compacta. Kurakino (Rossia Centralis).

500. Corpus regulariter circulari-ellipticum. Exosporium subtiliter 4 lamellosum, laminae internae crassiores. Nucleus glaberrimus, singulis nodulis, fissuris regularibus, margine subtiliter volvatis.

Long. 0,039 mm. Lat. 0,031 mm. (Tab. XLIV. fig. 175. E). In carbone compacta. Kurakinskije.

501. Corpus regulariter ovato-ellipticum. Exosporium subtiliter bilamellosum. Nucleus subtiliter granulatus, fissuris nudis.

Long. 0,059 mm. Lat. 0,053 mm. (Tab. XL. fig. 178. B). Zwickau.

†† Exosporium inaequaliter incrassatum.

502. Corpus irregulariter ovato-ellipticum. Exosporium inaequaliter bilamellosum. Nucleus ellipticus, punctulatus.

Long. 0,039 mm. Lat. 0,031 mm. (Tab. XXXI. fig. 200). „Blätterkohle.“

Subdivisio LXXXV. Exosporium aequaliter incrassatum, $^1/_5$—$^1/_8$ corporis diametri transversalis crassum, distincte lamellosum.

† Lamellae Exosporii aequaliter incrassatae.

503. Corpus irregulariter ovato-ellipticum. Exosporium $^1/_5$ diametri transversalis corporis crassum, bi—3 lamellosum. Nucleus ellipticus granulatus, fissuris nudis.

Long. 0,081 mm. Lat. 0,05 mm. Nucl. Long. 0,05 mm. Lat. 0,031 mm. (Tab. XXXI. fig. 201). „Blätterkohle.“

503. A. Corpus circulari-ellipticum. Exosporium $^1/_8$ diametri transversalis corporis crassum, subtiliter lamellosum. Nucleus circulari-ellipticus.

Long. 0,053 mm. Diam. nucl. 0,069—0,0,084 mm, (Tab. XXXI. fig. 199). ibidem.

504. Corpus circulari - ellipticum. Exosporium $^1/_8$ diametri transversalis corporis crassum, plurilamellosum, lamellis 4is — 5is subaequalibus. Nucleus exasperatus fissuris volvatis.

Long. 0,1 mm. Lat. 0,087 mm. Nucl. Long. 0,075 mm. Lat. 0,066 mm. (Tab. XXXII. fig. 203). „Stigmarienkohle."

✝✝ Exosporium inaequaliter incrassatum, lamellae inaequales.

505. Corpus irregulariter ovato-ellipticum. Exosporium usque $^1/_5$ diametri transversalis corporis crassum, 3—4 lamellosum, lamella media granulosa et inaequaliter incrassata. Nucleus irregulariter ellipticus granulatus.

Long. 0,066 mm. Lat. 0,053 mm. Nucl. Long. 0,039 mm. Lat. 0,031 mm. (Tab. XXXII. fig. 204). In carbone compacta. Lewino.

505. A. Corpus late ovato-ellipticum. Exosporium $^1/_7$ diametri transversalis crassum, 2 lamellosum, lamina exterior inaequaliter incrassata.

Long. 0,04 mm. Lat. 0,029 mm. Nucl. Long. 0,031 mm. Lat. 0,024 mm. (Tab. XLII. fig. 221. A). Metschowk.

Subdivisio LXXXVI. Exosporium incrassatum, integerrimum, $^1/_3$—$^1/_5$ diametri transversalis corporis crassum, interna pars ex lamina granulosa integerrima et marginibus inciso-lobulatis formata.

✝ Interna pars Exosporii ex lamina granulata marginibus dentatis formata.

506. Corpus irregulariter ovato-ellipticum. Exosporium membranaceum, plicatum. Lamina interior $^1|_2$ diametri transversalis nuclei crassa. Nucleus regulariter ellipticus, granulatus.

Long. 0,069 mm. Lat. 0,056 mm. Nucl. Long. 0,025 mm. Lat. 0,018 mm. (Tab. XLV. fig. 195. A). Metschowk.

✝✝ Interna pars Exosporii ex lamina granulosa marginibus inciso-dentatis formata.

507. Corpus circulari-ellipticum. Exosporii interna pars granuloso-punctulata, lobulis numerosis. Nucleus ellipticus lacunosus.

Long. 0,066 mm. Lat. 0,046 mm. (Tab. XXXI. fig. 195). Malowka.

508. Corpus ovato-ellipticum. Exosporii interna pars granuloso-lacunulosa, extrorsum in lobulos numerosos divisa, $^1/_2$ Exosporii crassitudinis crassa.

Long. 0,19 mm. Lat. 0,135 mm. Nucl. Long. 0,095 mm. Lat. 0,078 mm. (Tab. XXXI. fig. 196). In carbone compacta. Kurakinskije.

Subdivisio LXXXVII. Exosporium incrassatum, $^1/_4$—$^1/_{12}$ diametri transversalis corporis crassum, volvis latioribus, in axi longitudinali corporis decurrentibus et Nucleum partim involventibus.

✝ Totum corpus volvis 3is — 5is longitudinalibus involutum.

509. Corpus ovali-ellipticum, marginibus undulato-crenatis. Exosporium volvis 4is — 5is rotundatis. Nucleus regulariter ellipticus, fissuris a volvis marginatis.

Long. 0,056 mm. Lat. 0,042 mm. (Tab. XXX. fig. 179). Bexbach (Bavaria Rhen.).

510. Corpus oblongo-ellipticum. Exosporium inaequaliter incrassatum, in polis usque nuclei diametro transversali aequaliter crassum, in marginibus $^1/_3$ diametri. Volvae rotundatae e polis subincrassatis supra nucleum decurrentes. Nucleus regulariter ovato-ellipticus, granulatus.

Long. 0,145 mm. Lat. 0,075 mm. Nucl. Long. 0,059 mm. Lat. 0,049 mm. (Tab. XLIV. fig. 179. B). Malowka.

511. Corpus irregulariter ovato-ellipticum polis subattenuatis, marginibus subundulatis. Exosporium usque $^1/_3$ diametri transversalis corporis crassum, volvis brevioribus et singulis longioribus longitudinaliter decurrentibus. Nucleus ovato-ellipticus punctulatus, fissuris subvolvatis.

Long. 0,1 mm. Lat. 0,078 mm. Nucl. Long. 0,042 mm. Lat. 0,031 mm. (Tab. XLV. fig. 179. C). „Stigmarienkohle."

512. Corpus orbiculari-ellipticum, marginibus undatis. Exosporium $^1/_8$ diametri transversalis corporis crassum, volvis 3is — 4is latis, e margine supra nucleum decurrentibus.

Long. 0,087 mm. Lat. 0,081 mm. (Tab. XLI. fig. 179. A). „Blätterkohle."

Forma minor. Nucleo fissuris volvis marginatis.

Long. 0,083 mm. Lat. 0,068 mm. (Tab. XLI. fig. 179. B).

†† Exosporium volvis gibberiformibus obtectum.

513. Corpus irregulariter ovato-ellipticum, marginibus irregulariter repandis. Exosporium inaequaliter incrassatum, marginibus et interna parte volvis gibberiformibus nucleum partim involventibus obtectum, glaberrimum. Nucleus ovato-ellipticus, granulatus, fissuris volvatis.

Long. 0,125 mm. Lat. 0,113 mm. Nucl. Long. 0,075 mm. Lat. 0,056 mm. (Tab. XLIV. fig. 172. D). Pruckscha, Nowgorod.

514. Corpus ovato-ellipticum, marginibus undatis. Exosporium inaequaliter incrassatum, marginibus latis gibberiformibus rotundatis nucleum partim inducentibus obtectis. Nucleus regulariter ellipticus punctulatus.

Long. 0,075 mm. Lat. 0,035 mm. (Tab. XL. fig. 172. B). „Blätterkohle."

Subdivisio LXXXVIII. Exosporium incrassatum, $^1/_6$—$^1/_9$ diametri transversalis corporis crassum, homogeneum, glaberrimum. Nucleus spinulis densius aut laxius positis obtectus.

515. Corpus orbiculari-ellipticum. Nucleus regulariter ovato-ellipticus, distincte linea dupliciter conturata limitatus, in superficie tota spinulis gracilioribus, acutis obtectus. Fissurae subexcentricae.

Long. 0,056 mm. Lat. 0,05 mm. Nucl. Long. 0,042 mm. Lat. 0,031 mm. (Tab. XXXI. fig. 197). Malowka.

516. Corpus ovato-ellipticum. Nucleus ellipticus, in superficie spinulis latis laxius positis obtectus.

Long. 0,063 mm. Lat. 0,05 mm. (Tab. XXXI. fig. 198). Malowka.

Subdivisio LXXXIX. Exosporium incrassatum. Nuclei superficies granulis obtecta.

517. Corpus ellipticum. Exosporium $^1/_6$ diametri transversalis corporis crassum. Nucleus granulis majoribus obtectus.

Long. 0,042 mm. Lat. 0,028 mm. (Tab. XXXI. fig. 193). Kurakinskije.

518. Corpus ovato-ellipticum. Nucleus granulis minoribus obtectus.

Long. 0,042 mm. Lat. 0,025 mm. (Tab. XXXI. fig. 194). Nucleo $^1/_3$ minore praecedente. Kurakinskije.

Subdivisio LXXXX. Exosporium incrassatum homogeneum, $^1/_4$—$^1/_6$ diametri transversalis corporis crassum. Nuclei margines serie singula granulorum minutissimorum moniliformiter conjunctorum obtectae.

† Exosporium spinulis singulis aut laxius positis obtectum.

519. Corpus ovato-ellipticum. Exosporium spinulis laxius positis obtectum. Nucleus serie granulorum de indumento nuclei separata involutus.

Long. 0,05 mm. Lat. 0,035 mm. Nucl. Long. 0,024 mm. Lat. 0,017 mm. (Tab. XLIV. fig. 192. B). „Stigmarienkohle."

520. Corpus irregulariter ovato-ellipticum. Nucleus excentricus serie granulorum de nuclei indumento separata involutus.

Long. 0,066 mm. Lat. 0,04 mm. Nucl. Long. 0,024 mm. Lat. 0,018 mm. (Tab. XLIX. fig. 159. C). „Stigmarienkohle." Metschowk.

†† Exosporium glaberrimum.

521. Corpus orbiculari-ellipticum. Exosporium $^1/_4$ diametri transversalis corporis crassum, punctulatum. Nucleus orbiculari-ellipticus, punctulato-exasperatus, fissuris subtiliter volvatis. Granula breviter pedicellata et nucleo indumento insidentia.

Long. 0,115 mm. Lat. 0,01 mm. Nucl. Long. 0,059 mm. Lat. 0,054 mm. (Tab. XLI. fig. 192. A). Zwickau.

522. Corpus ovato-ellipticum. Exosporium glaberrimum, $^1/_3$—$^1/_4$ diametri transversalis nuclei crassum. Nucleus irregulariter ovato-ellipticus, granulatus. Granula indumento nuclei insidentia.

Long. 0,063 mm. Lat. 0,042 mm. Nucl. Long. 0,024 mm. Lat. 0,018 mm. (Tab. XXXI. fig. 192). Kurakinskije.

Subtribus IV. Nucleus orbicularis.

Subdivisio LXXXXI. Corpus regulariter orbiculare. Exosporium tenuissimum, $^1/_{24}$—$^1/_{42}$ diametri corporis crassum, homogeneum, unilamellosum, glaberrimum aut punctulatum.

† Exosporium glaberrimum.

523. Fissurae subtiliter volvatae.

Diam. 0,042 mm. (Tab. XXXII. fig. 211. Tab. XXXIII. fig. 220). Kurakinskije.

†† Exosporium subtiliter punctulatum.

524. Fissurae regulariter centrales usque fère ad Exosporium adtingentes.

Diam. 0,05—0,053 mm. (Tab. XXXII. fig. 210. Tab. XLII. fig. 220. A). Blätterkohle. In carbone compacta. Pruckscha, Nowgorod, Kurakinskije, Metschowk.

Forma major. Diam. 0,063 mm.

525. Exosporium subtiliter punctulatum. Fissurae subexcentricae.

Diam. 0,029 mm. (Tab. XXXIII. fig. 220. F). „Stigmarienkohle."

526. Exosporium subtiliter bilamellosum, subtiliter granulatum.

Diam. 0,078 mm. (Tab. XXXII. fig. 214. 215). Metschowk, Lewino. „Stigmarienkohle."

527. Exosporium subtiliter granulatum. Fissurae subtiliter volvatae.

Diam. 0,087 mm. „Devonische Kohle", „Stigmarienkohle." Zwickau (Saxonia).

528. Exosporium punctulato-tuberculatum. Fissurae excentricae.

Diam. 0,087 mm. (Tab. XLII. fig. 220. C). „Blätterkohle."

529. Exosporium glaberrimum. Nucleus singulis nodulis. Fissurae late volvatae.

Diam. 0,11 mm. (Tab. XXXII. fig. 213). „Stigmarienkohle, Blätterkohle."

530. Exosporium glaberrimum, crassiusculum. Fissurae latissime volvatae.

Diam. 0,105—0,125 mm. (Tab. XXXII. fig. 212. 212. a).

531. Exosporium et Nucleus punctulatum. Fissurae usque radio nuclei aequales subtiliter volvatae.

Diam. 0,145 mm. (Tab. XXXIII. fig. 219). Malowka. „Stigmarienkohle."

532. Nucleus lacunuloso-punctatus. Forma e maximis Triletum orbicularium propinquarum.

Diam. 0,158 mm. (Tab. XLVII. fig. 220. H. Magn. $^1/_1$). „Stigmarienkohle."

533. Exosporium tenerrimum membranaceum. Fissurae subtiliter volvatae. Formam ex maximis ex his Triletibus observavi tantum in Specininibus incompletis cum Exosporio in paniculos conscisso; sed aliqua probabilitate concludi potest, formam discoidei corporis antehac fuisse circulariter circumscriptam.

Diam. 0,475 mm. Long. fissurar. 0,11 mm. Crass. Exosp. 0,035 mm. (Tab. XLIX. fig. 220. M. Magn. $^1/_2$. Specimen conscissum, latere uno cum fissura conscissa et partibus Exosporii discedentibus, latere altero fissuris completis). Metschowk.

534. Corpus usque fere regulariter octagonum, angulis rotundatis, marginibus subrectis. Exosporium tenuissimum membranaceum. Fissurae regulariter centricae, paulo apertae, $^2/_3$ radii corporis longae, marginibus late dupliciter volvatis, areolam triangulariter circumscriptam formantes.

Diam. 0,552 mm. (Tab. XLVII. fig. 243. B. Magn. 1/2. Huius Subdivisionis Triletum forma maximis dimensionibus hucusque cognitis. „Stigmarienkohle.“

535. Corpus regulariter orbiculare. Fissurae regulariter centrales.

Diam. 0,014 mm. (Tab. XXXII. fig. 217). E Triletibus propinquis forma minutissima omnium Triletum. Diametrorum ratio cum praecedente = 1 : 39 ad circiter adaequat cum ratione inter maximam formam Palmellacearum (Eremosphaera) et minimam formam harum plantarum (Pleurococcus). In carbone compacta. Kurakinskije (Rossia). Zwickau (Saxonia).

Subdivisio LXXXXII. Exosporium subincrassatum et tenerrimum, nodulis, granulis aut verruculis obtectum.

† Exosporium tenerrimum.

536. Corpus circulare? Exosporium subtiliter crenulatum, granulis densissime obtectum. Fissurae excentrice positae, minores, 1/5 diametri longae, volvatae.

Long. 0,292 mm. Lat. 0,25? mm. (Tab. XLVII. fig. 220. J. magn. 1/1. fig. a. Margines pars major aucta). In speciminibus perpaucis observata, omnibus superficie valde plicata, ex quibus non potest dici aliquid certi de priore forma. Metschowk.

†† Exosporium subincrassatum.

537. Corpus regulariter circulare, Exosporio subincrassato, cum nucleo dense furfuraceo-granulaceo. Fissurae excentrice positae, volvatae.

Diam. 0,38 mm. Exosp. 0,01 mm. (Tab. XLVII. fig. 220. L. Magn. 1/2). Zwickau.

538. Corpus regulariter circulare, Exosporio subincrassato cum nucleo verruculoso-lacunuloso, fissuris centricis, volvatis.

Diam. 0,05 mm. (Tab. XLII. fig. 222. A). Blätterkohle. Zwickau, Bexbach.

539. Corpus ovato-circulare, Exosporio subincrassato, verruculoso-granulato.

Diam. 0,028 mm. (Tab. XXXIII. fig. 222). Malowka, Zwickau.

††† Exosporium subincrassatum verruculis latioribus obtectum.

540. Corpus regulariter circulare. Exosporium et Nucleus verruculis latioribus obtectum. Fissurae tenuissimae,

Diam. 0,046 mm. (Tab. XXXIII. fig. 224). „Devonische Kohle.“

541. Corpus ovato-circulare usque regulariter circulare. Exosporium reticulato-verruculosum.

Diam. 0,031 mm. (Tab. XXXIII. fig. 226). Kurakinskije.

542. Corpus regulariter circulare. Exosporium et Nucleus verruculis acutiusculis dense obtectum. Fissurae excentricae.

Diam. 0,042—0,046 mm. (Tab. XLVII. fig. 222. B). „Stigmarienkohle.“

543. Corpus regulariter circulare. Exosporium et Nucleus verruculis crassioribus densius positis obtectum. Fissurae excentricae.

Diam. 0,035 mm. (Tab. XLIX. fig. 225. A). Kurakinskije.

Subdivisio LXXXXIII. Exosporium subincrassatum, bilamellosum. Fissurae volvatae de laminis internis a lamina exteriore Exosporii secessis limitatae.

544. Corpus ovato-circulare. Lamina interna in polis corporis sejuncta et fissuram centralem includens. Exosporium et Nucleus dense verruculoso-exasperatum.

Diam. Long. 0,512 mm. Diam. Lat. 0,485 mm. Exospor. 0,0125 mm. (Tab. XLVII. fig. 220. K). Zwickau.

545. Corpus irregulariter circulare. Exosporium distinctissime bilamellosum. Lamina interna in uno latere corporis sejuncta et fissuram centralem leviter curvatam includens. Exosporium glaberrimum, Nucleus subtiliter punctulatus.

Diam. 0,125 mm. (Tab. XLII. fig. 220. D). Zwickau.

Subdivisio LXXXXIV. Exosporium tenerrimum, perforatum aut subtiliter perforato-granulosum.

546. Corpus regulariter circulare. Exosporium subtiliter perforatum. Fissurae centrales.

Diam. 0,059 mm. (Tab. XLII. fig. 220. E). „Stigmarienkohle." Zwickau.

547. Corpus regulariter circulare. Exosporium subtiliter perforatum. Fissurae centrales, paulo apertae, marginibus late volvatis.

Diam. 0,105 mm. (Tab. XLVII. fig. 220. G). Metschowk. Zwickau.

548. Corpus regulariter circulare. Exosporium subtiliter perforatum. Fissurae longiores nudae.

Diam. 0,059 mm. (Tab. XLVI. fig. 220. F. fig. a. marginis pars major aucta). Pruckscha, Nowgorod.

549. Corpus ovato-circulare. Exosporium lacunulis oblongis majoribus perforatum. Fissurae excentricae, minores.

Diam. Long. 0,066 mm. Diam. Lat. 0,059 mm. (Tab. XLV. fig. 180. g. fig. a. marginis pars major aucta).

Subdivisio LXXXXV. Exosporium subincrassatum, sublamellosum, ex lamellis binis compositum.

550. Corpus regulariter circulare. Exosporium bilamellosum glaberrimum. Nucleus punctulatus, fissuris radio aequalibus.

Long. 0,026 mm. (Tab. XLII. fig. 218. A). Kurakinskije.

551. Corpus regulariter circulare, Exosporium bilamellosum, subtiliter verruculosum.

Diam. 0,042 mm. Diam. nucl. 0,033 mm. (Tab. XXXIII. fig. 218. B). Kurakinskije.

552. Corpus regulariter circulare, Exosporium bilamellosum Nucleus punctulato-tuberculatus.

Diam. 0,1 mm. Diam. nucl. 0,089 mm. (Tab, XLII. fig. 220. B). Zwickau.

Subdivisio LXXXXVI. Exosporium subincrassatum, prominentiis liniiformibus parenchymatice conjunctis obtectum, areolas angulosas formantes. Substantia in angulis paulo producta.

† Formae majores, prominentiis crassioribus.

553. Corpus regulariter circulare. Exosporium areolis 17is—20is obtectum.

Diam. 0,081 mm. Diam. areolar. 0,014—0,017 mm. (Tab. XXXVIII. fig. 268). Metschowk.

554. Corpus regulariter circulare. Exosporium areolis 13is—15is obtectum.

Diam. 0,066 mm. Diam. areol. 0,014—0,017 mm. (Tab. XXXVIII. fig. 269). „Blätterkohle."

555. Corpus regulariter circulare. Exosporium areolis minoribus 35is—38is obtectum.

Diam. 0,1 mm. Diam. areolar. 0,01—0,013 mm. (Tab. XXXVIII. fig. 271). „Blätterkohle Stigmarienkohle."

556. Corpus regulariter circulare. Exosporium areolis 24is—26is obtectum.

Diam. 0,1 mm. Diam areolar. 0,01—0,014 mm. Kurakino. Metschowk.

557. Corpus regulariter circulare. Exosporium areolis minoribus 35is—38is obtectum.

Diam. 0,127 mm. Diam. areolar. 0,008—0,01 mm. (Tab. XXXVIII. fig. 270). „Blätterkohle."

†† Formae minores, prominentiis Exosporii et areolis subtilissimis.

558. Corpus regulariter circulare, areolis subtilibus marginibus dentatis.

Diam. 0,042 mm. (Tab. XLIX. A. fig. 271. C). Lewino. Blätterkohle.

Subdivisio LXXXXVII. Exosporium incrassatum $^1/_6$—$^1/_{14}$ diametri corporis crassum prominentiis volviformibus latis, interdum apice carinatis et cristatis et acuminatis, liniiformibus reticulariter cohaerentibus obtectum.

559. Corpus regulariter circulare, marginibus undatis. Exosporium $^1/_6$ diametri corporis crassum, areolis 7is majoribus, angulosis et rotundatis, prominentiis apice cristatis. Nucleus circularis, punctulatus.

Diam. 0,081 mm. Diam. nucl. 0,053 mm. (Tab. XLVIII. fig. 269. B). Kurakinskije.

560. Corpus regulariter circulare, marginibus subundulatis. Exosporium $^1/_7$ diametri corporis crassum, areolis 6is inaequalibus, subangulosis, prominentiis apice rotundatis. Nucleus circularis, granulatus.

Diam. 0,095 mm. Diam. nucl. 0,046 mm. (Tab. XLVIII. fig. 269. C). „Stigmarienkohle."

561. Corpus regulariter circulare, angulis 9is paulo productis. Exosporium $^1/_{11}$ diametri corporis crassum, areolis 4is inaequalibus, subangularibus, prominentiis apice late rotundatis. Nucleus circularis, granulatus.

Diam. 0,078 mm. (Tab. XLVIII. fig. 571. B). „Blätterkohle."

562. Corpus regulariter hexangulare, marginibus repandis. Exosporium $^1/_7$ diametri corporis crassum, 7is inaequalibus, subangularibus, prominentiis apice late rotundatis. Nucleus circularis, granulatus.

Diam. 0,05 mm. Diam. nucl. 0,032 mm. (Tab. XLVIII. fig. 269. E). „Stigmarienkohle.“

Subdivisio LXXXXVIII. Exosporium incrassatum, volvis circum circa corpus procurrentibus, parenchymatice connectis aut subliberis obtectum.

† Volvis longioribus, apertis areolis.

563. Corpus regulariter hexagonale, marginibus subrectis. Exosporium $^1/_6$ diametri corporis crassum, volvis 2is — 3is latis connectis circum circa corpus decurrentibus. Nucleus regulariter circularis, granulatus.

Diam. 0,053 mm. Diam. nucl. 0,042 mm. (Tab. XLVII. fig. 269. D). „Stigmarienkohle.“

564. Corpus regulariter circulare. Exosporium $^1/_7$ diametri corporis crassum, margine serie cavernularum rotundatarum impletum. Tota superficies volvis inaequaliter latis, inter se connectis obtecta. Nucleus regulariter circularis, granulatus.

Diam. 0,063 mm. Diam. nucl. 0,047 mm. (Tab. XLII. fig. 269. B). Kurakinskije.

565. Corpus circulari-polygonale, marginibus subemarginatis. Exosporium volvis irregularibus, partim liberis, partim connectis obtectum. Fissurae minimae, excentricae.

Diam. 0,078 mm. (Tab. XLVIII. fig. 264. D). „Devonische Kohle.“ (Rossia Centralis). In carbone compacta. Abakama (Amur Asia Austral.).

†† Volvis brevioribus inter se connectis, et in angulis gibberiformiter productis.

566. Corpus regulariter circulare, marginibus undato-crenatis. Exosporium $^1/_8$ diametri corporis crassum, volis reticulatim inter se conjunctis obtectum. Nucleus regulariter circularis, fissuris a volvis perfossis.

Diam. 0,056 mm. Diam. nucl. 0,042 mm. (Tab. XLII. fig. 271. B). Kurakinskije.

Subdivisio LXXXXIX. Exosporium incrassatum, volvis latioribus et tenuioribus rotundatis, circum circa corpus procurrentibus, liberis aut partialiter inter se conjunctis obtectum.

† Volvis latioribus indistinctius evolutis.

567. Corpus anguloso-circulare, marginibus subundulatis. Exosporium $^1/_7$ diametri corporis crassum, volvis in centro confusis 3is — 4is. Nucleus regulariter circularis, fissuris paulo apertis.

Diam. 0,084 mm. Diam. nucl. 0,063 mm. (Tab. XLV. fig. 264. B). „Blätterkohle.“

568. Corpus anguloso-circulare, marginibus irregularibus. Exosporii margines irregulariter volvati. Nucleus indistinctius separatus fissuris late volvatis.

Diam. 0,059 mm. (Tab. XLVI. fig. 264. C). „Stigmarienkohle.“

569. Corpus anguloso circulare, marginibus repandis, angulis rotundatis. Exosporium $^1/_5$ — $^1/_6$ diametri corporis crassum, e marginibus 3is – 4is volvis latioribus obtectum. Nucleus regulariter circularis, granulatus, fissuris apertis.

Diam. 0,078 mm. Diam. nucl. 0,053 mm. (Tab. XLVIII. fig. 264. A). Kurakinskije.

†† Volvis distinctis, circum circa Exosporium procurrentibus.

570. Corpus irregulariter anguloso-circulare, marginibus undulatis. Exosporium $^1/_5$ diametri corporis crassum, volvis 5is — 6is radialibus in centro connectis nucleum includentibus. Nucleus circularis, granulosus.

Diam. 0,066 mm. Diam. nucl. 0,042 mm. (Tab. XLVI fig. 269. A.). Kurakinskije.

571. Corpus polygono-circulare, marginibus emarginatis. Exosporium $^1/_5$ diametri corporis crassum, marginibus 5is volvis parallelis, in centro partim conectis obtectum. Nucleus regulariter circularis granulatus.

Diam. 0,063 mm. Diam. nucl. 0,046 mm. (Tab. XLVIII. fig. 264. C). Meschowk Kurakinskije.

572. Corpus irregulariter ovato-ellipticum, angulis paulo productis et attenuatis. Exosporium in angulis usque $^1/_2$ corporis diametri transversalis crassum, in marginibus volvis gibberiformibus latis partim procurrentibus et in angulis volvis supra Nucleum procurrentibus obtectum. Nucleus regulariter circularis, granulatus.

Diam. Long. 0,138 mm. Diam. Lat. 0,088 mm. Diam. nucl. 0,066 mm. (Tab. XLVIII. fig. 257. A). Lewino.

Subdivisio C. Exosporium subincrassatum, lacunulis angulosis majoribus cribrose-perforatum.

573. Corpus circulare, Exosporio cribose-perforato areolis planis.

Diam. 0,042 mm. (Tab. XXXVIII. fig. 267). „Stigmarienkohle.“

574. Corpus circulare, marginibus undulato-crenatis. Exosporium lacunoso-perforatum et verrucis latioribus in seriebus concentricis dispositis obtectum.

Diam. 0,056 mm. (Tab. XLVI. fig. 271. A). „Stigmarienkohle.“

575. Corpus circulare, marginibus crenatis. Exosporium lacunoso-perforatum, areolis planis.

Diam. 0,063—0,066 mm. (Tab. XXXVIII. fig. 266). „Stigmarienkohle.“ Malowka.

575 A. Corpus circulare, marginibus subcrenatis. Exosporium areolis planis, indistinctioribus obductum. Fissurae apertae.

Diam. 0,081 mm. (Tab. XXXIII. fig. 227). Metschowk.

576. Corpus circulare marginibus subcrenatis. Exosporium lacunoso-perforatum, angulis areolarum tuberculis singulis obtectis, lacunulis majoribus subrotundatis.

Diam. 0,061 mm. (Tab. XLVII. fig. 227. B). Metschowk.

Forma major. Tuberculis in angulis areolarum crassioribus, fissuris longioribus.

Diam. 0,075 mm. (Tab. XXXIII. fig. 223). Stigmarienkohle. Metschowk.

Subdivisio CI. Formae maximae Triletum nucleo circulari, diametro 1,64—0,552 mm. Exosporium compactum sed inhomogeneum ex substantia homogenea hyalina et ex granulis et corpusculis bacillaribus intransparentibus compositum, extrorsum glaberrimum aut verrucis latis obtectum.

† Exosporium glaberrimum.

577. Corpus intransparens subcirculare. Exosporium $^1/_{18}$ diametri corporis crassum, margines versus ex granulis, centrum versus corpusculis bacillaribus longitudinalibus compositum. Nucleus in segmenta terna imperfectius divisus.

Diam. 0,818 mm. Exospor. 0,042 mm. (Tab. XXXIV. fig. 236. Sectio horizontalis corporis sed non completa. Magn. $^1/_2$ fig. a. Exosporii pars major aucta. $^{570}/_1$). Malowka.

578. Corpus intransparens subcirculare. Exosporium $^1/_{20}$ diametri corporis crassum, exterior pars ex corpusculis bacillaribus, radialibus, interior pars ex granulis composita. Nucleus in segmenta terna plus minusve aequalia, lacunis latioribus disiuncta divisus. Segmenta in centro excavata.

Diam. 0,98 mm. Exospor. 0,046 mm. (Tab. XXXIV. fig. 237. Specimen perfecte in centro corporis horizontaliter sectum, laminam tenuissimam, e latere integro et e lateribus binis perforatis formatam, formans. Magn. $^1/_2$) fig. a. Exosporii pars major aucta $^{570}/_1$). Malowka.

579. Corpus intransparens subcirculare. Exosporium crasissimum, $^1/_8$ diametri corporis crassum, ex substantia subhomogenea compositum. Nucleus triseptatus, in segmenta terna inaequalia divisus.

Diam. 0,552 mm. Exospor. 0,069 mm. (Tab. XXXIV. fig. 235). „Cannelcoal.“ Bradford Anglia.

580. Corpus subtransparens subhexagonum. Exosporium $^1/_{15}$ diametri corporis crassum, ex substantia granulosa subhomogenea compositum, cum Nucleo verruculoso-exasperatum. Fissurae regulares, aequales, $^3/_4$ corporis radii longae, marginibus late volvatis.

Diam. 0,71 mm. Exospor. 0,046 mm. (Tab. XXXVI. fig. 243. A). Specimen magn. $^1/_2$. Tab. XXXV. fig. 243. Specimen fissuris indistinctius volvatis. Magn. $^1/_4$). „Stigmarienkohle.“

†† Exosporium verrucis latis obtectum.

581. Corpus circulare usque ovato-circulare. Exosporium $^1/_{36}$ corporis diametri crassum, ex substantia fibrillosa compositum, in superficie tota et in marginibus verrucis latis, usque crassitudini Exosporii subaequaliter altis obtectum. Nucleus irregulariter triseptatus, septis irregulariter limitatis, in superficie sphaerulis, de substantia septarum plus minusve sejunctis, numerosis obtectis.

Diam. 1,5—1,65 mm. Diam. sphaerul. 0,031—0,042 mm. Exospor. 0,042 mm. (Tab. XXXV. fig. 238. Specimen in utroque latere horizontaliter sectum. Magn. $^1/_2$ fig. a. Exosporii pars cum verruca singula

major aucta $^{570}/_1$; fig. c. Superficieis septae pars, cum sphaerulis binis inclusis, major aucta. $^{570}/_1$). In carbone compacta. Malowka Pruckscha. Nowgorod (Rossia Centralis). Zwickau (Saxonia).

582. Corpus circulare intransparens. Exosporium $^1/_{20}$ diametri corporis crassum, ex substantia granulosa compositum, in superficie tota et in marginibus verrucis latis, usque crassitudinis Exosporii dimidio subaequaliter altis obtectum. Nucleus subaequaliter triseptatus, superficie septarum nuda.

